

an 15.

SERIES
FACTI ET JURIS
CIRCA
ERECTIONEM
NOVI EPISCOPATUS FULDENSIS
ET
CONCESSIONEM
PALLII HERBIPOLENSIS
AC
LAESA
SEDIS METROPOLITICÆ MOGUNTINÆ
CELSISSIMORUM GERMANIÆ ARCHI-EPISCOPO-
RUM ET EPISCOPORUM
JURA.

SECUNDUM EXEMPLAR EXCUSUM

MOGUNTIAE,
EX TYPOGRAPHIA ELECTORALI AULICA ACADEMICA,
A. CLO 15 CC LIII.

Vd. 59. (15)



SERIES
FACTI ET IURIS
Murmur loquor, & querimoniam Ecclesiarum. Truncari se clamitant ac demembrari. Vel nullæ, vel paucæ admodum sunt, quæ plagam istam aut non doleant, aut non timeant. Quæreris quam? subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archi-Episcopis, Archi-Episcopi Patriarchis, sive Primatibus. Bonâne species hæc? mirum, si excusari queat vel opus Spiritualis homo ille, qui omnia dijudicat, ut ipse à nemine dijudicetur, omne opus suum trinâ quadam consideratione præveniet. Primum quidem: an liceat? Deinde: an deceat? Postremo: an expedit? S. BERNARDUS, Lib III. de Considerat. ad Eugenium Papam, Cap.

ELENCHUS RERUM.

- S. I.** Monachorum exemplo, & Jurisdicō in Clerum, & populum recens.
2. Fuldensis Monasterium à Metropolitanā Moguntino fundamentum, cum eo inīmī conjunctum fuit.
3. Adē, ut hoc colo etiam Archi-Episcopis præsudere volerint Abbatē Fuldensē.
4. Exempsum fuit Monasterium Fuldensē quoad regularia.
5. Sed olim sibi jurisditione Ecclesiastica in Clerum & populum sibi diutius temporauit.
6. Loca Fuldensia cīs annum Fuldam Franconiam versus olim Heribopolensis, trans annem Tūringiam versus Moguntinam Diaecesis. A tempore Lutheri varior adiutus jurisdictionis Ecclesiastica exercens Fuldensis Abbatē.
7. Conveniente Moguntiā, & sibi Appellationibus Fuldensis ad suum Metropolitanum concident.
8. Sed contradicente Heriboli.
9. Archi-Episcopus Moguntinus tanquam Metropolitani imperator, ad cognoscendam causam iurisdictionis Heribopolis inter eū & Fuldam, per Legatos Moguntinos concordium Anno 1662. conciliat.
10. Eius capitā. Clauſula ſalvo Jure Metropolitico Moguntino.
11. Servatā transactio ab omnibus transigentibus plures per annos.
12. Circa annum 1683. Episcopus Heribopolensis contra transiacionem uitetur, & Archi-Episcopum Moguntinum ad idem invitat.
13. Abbas Fuldensis pariter ab Archi-Episcopo, & Capitulo Moguntino offensionem rogat.
14. Promittit Seder Metropolitana transiacionem servare, ſe vellet, & ite Heribopolis obſtinet.
15. Hoc lis in Curia Romana incipit, ad positionem Episcopi transactio reficiatur, & quibus de causa.
16. Lis principaliꝝ de iurisdictione quaſi Episcopali Fuldensi coram S. Rosa; Fulda vincit ex iusta preſcriptione 40. annorum.
17. Conqueritur Episcopi de hac ratione decidiendi, ac queſtitio remittitur ad Congregationem Cardinalium, cuius Fuldensis vero ad novam audientiam.
18. Congregatio Cardinalium decidit, per prescriptionem 40. annorum prefeciti non posse iurisdictionem quaſi Episcopalem ex vero Sanctissimi Domini nostri BENE DICTI XI V.
19. Tentatur Amicabilis in Germania Heribolim inter eū Fuldam.
20. Anno 1722. renovatur transactio de anno 1662. inter eosdem, sed praeservata confirmatione S. P. quæ non ſubsequitur.
21. Nova molimina Amberorum ab anno 1749.
22. Illorum Scopus Episcopatus Fuldensis, & Pallium Heribopolense.
23. Conficitur Transactio 24. Julii 1751. Metropolitanā Moguntinā injuriaſa.
24. Sede Metropolitica ignari prorsus, sed re clanculariē tractarā.
25. Narrata Heribopolentum coram S. Sede,
26. Fuldensium.
27. Ad quæ ſuę cauſe cognitione Rome confirmatur dicta transactio, expeditur Bulla conſeſſionis Pallii Heribopolensis, & creaturis Episcopatus Fuldensis.
28. Re peracta negotium innoſcitur Moguntia.
29. Conqueritur defaper Eminentissimus Archi-Episcopus Elector Moguntinus.
30. Pallium imponitur Reverendissimo Domino Episcopo Heribopolensis, & Reverendissimus Dominus Abbas Fuldensis Episcopi nomen ſuſcipit.
31. Conqueritur S. Cæſara Majestas, ſe Pallii Heribopolensis, & exemptionis Fuldensis ignaram ſuſcipit.
32. Ut eū Archi-Episcopi Germanie omnes, & Episcopi plerique.
33. Querela Episcoporum communet.
34. Archi-Episcoporum.
35. Et Eminentissimi Elektoris Moguntini propria.
- (1.) contra Episcopatum Exemptum Fulensem.
- (2.) contra Pallium Heribopolense.
- (3.) contra procedendi modum.
36. His querelis non obſtare Bullas ſuſt. & obrepitit obtentur.
37. Ne his querelis oppugnari S. Sedem, sed partes carumque narrata.
38. Affirmitur Jus Metropoliticum Moguntinum in Clerum & populum Fulensem, adeoque per exemplum Episcopatus Fuldensis injurij priuantem non eſe Moguntiam.
39. Fulda poſſidet Exemptionem Monasterii, & Jurisdictionem Ecclesiasticam in ea Inſlania in ſubditis temporalibus, ſalvo jure Metropolitico Moguntino.
40. Hoc jus Metropoliticum ſemper poſſedit Moguntia, agnitus ab Abbatis Fuldensibus.
41. Anno 1576.

42. A 1622. Legati Metropolitani quā tales, probante Cesare, inter se Elegionē Abbatis Fuldensis.
43. Anno 1630. Fuldens Capitulum contra Abbatem Metropolitanum adit, & manutenevit in statu Nobilitatis.
44. Anno 1633. in Metropolitanum negotium Elegionis compromisit, Cesare probante.
45. Dicitur ante annum 1662. appellationes à Consistorio Fuldense Moguntiam delatae.
46. Hac adducuntur solū ad explicandam transactionem de anno 1662.
47. Probatio Iuris Metropolitanus Moguntiae non incumbit, non ob possessionem & Iuris presumptionem, quā quidquid est in Provincia, etiam est de Provincia.
48. Tunc ob Instrumenta liquida,
49. Er quia nullus abbas, imo nec modernus auctor est, Iuri Metropolitico Moguntino contradicere.
50. Hec tantum reponuntur artificiosi querendam insufficiōtudinē.
51. Prima obiectio Fuldensium: à tempore S. Bonifacii Clerum & populum Fuldensum jam exemptum fuisse à Moguntina Metropoli.
52. Verba S. Bonifacii: ex tempore Fulda fuit Eremita, nec ibi populis, nec Clerus.
53. Verba Zacharie S. P. solū Protectorium involventia, ne Bonifaciu[m] admiseretur Monasterium.
54. Charta Zacharie S. P.
55. Tanquam suppositura cum reliquo rejecta ab Eccardo, evincet solū, prater Bonifacium & Moguntinus Archi-Episcopos Jurisdictionem in Monasterio Fulda neminem habere.
56. Decisiones S. Rose, quod Fulda nec ab oru nativam, nec per Privilegia quæcumque darivam baluerit Jurisdictionem Ecclesiasticam in Clerum & populum, multo minus à Metropolitano exceptam.
57. Eadem mens S. D. N. BENEDICTI XIV. adeoque insufficiens obiectio.
58. Secunda obiectio ex possessione Fuldensium, & acquisitione Moguntiae.
59. Tria distinguenda, (a) Monasterium Fuldense, (b) Jurisdictionis in Clerum & populum prima Instancia, (c) secunda Instancia, & Jus Metropoliticum Moguntinum.
60. Monasterium Fuldense quoad regularia est exceptum.
61. Jurisdictione Ecclesiastica prime Instancia querundam locorum Franconianarum versus adjudicata Fulda contra Heribopolim.
62. Quoad alia loca Thuringiam versus sine lice reliqua Fulda à Diocesano Moguntino.
63. Ex parte nulli Moguntia, item contra Fuldam rursus noviter ab Heribopolibus, nec nisi se immixtū.
64. Nec conradixit renovata an. 1722. pristina de anno 1662. Concordie.
65. Causa silentii Moguntini: (1.) favor in Fuldam Moguntinum.
66. (2.) Zelus Religionis Catholicæ.
67. (3.) Commodum temporale pauperum subditorum Fuldensium à Moguntia induitum, felices beneficium in Instancia.
68. (4.) Amor pacis.
69. (5.) Fides data, initium seruatumque fidei, & quia nū intereras Moguntia, vinceret, an vincerent Heribopolis.
70. (6.) Quia sententia Rotalis recisoria Transactionis Moguntiam nū attinebat.
71. (7.) Quia Jus Metropoliticum pro omni liti eventu saluum Moguntiae.
72. (8.) Nec permisso iudicatus A. 1722. ullatenus evenit.
73. Moguntia gland permisit Fulda Episcopum in partibus, qui esset ab obsequiis Abbatis.
74. His omnibus Juri Metropolitico non renuntiavit Moguntia.
75. Fulda nullum actum contra Jus Metropoliticum Moguntiae exercuit, sed quantum actum Jusviscidionis in Instancia.
76. Hac præscriptio primam Instanciam contra Heribopolis, non exemptionem contra Metropolitum Moguntinam.
77. Ad præscribendum contra Metropolitanum requiriatur actus positiū in materia habili cum contradictione & acquiescentia.
78. Nec unius actus talis ostendi potest, multo minus præscriptio contra Metropolitanum, que debet esse immemorialis ex sententiā S. P. BENEDICTI XIV.
79. Rursus itaque frivola est secunda obiectio.
80. Tertia obiectio, quod in Transactione de anno 1662. non sit nominatus Archi-Episcopus Moguntinus quā talis, & recisio sit hec Concordia per S. Rosam ex causis acquisientie Moguntiae.
81. Transactioni non intervenisse Archi-Episcopum Moguntinum quā talem, obceptionem esse palpabilem.
82. Fulsum similiter, transactionem Moguntinam inter & Fuldam recisim esse.
83. Transactione Heribopolis cum Fulda super jurisdictione prime Instancia rectissima, non Moguntiae cum Fulda super eadem jurisdictione.
84. Causa recisioris pro Heribopolis contra Fuldam non quadratur pro Fulda contra Moguntiam.
85. Jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam non fuit articulus Transactionis, adeoque rescindi non potuit.
86. Si Archi-Episcopus Moguntinus quā talis non transfigeret, per rerum naturam ejus Transactione rescindi non potuerit.
87. Jus Metropoliticum non erat litigiosum, ergo nec articulus Transactionis.
88. Ratio adjecta clausula, salvo jure Metropolitico.
89. Frivolam igitur esse objectionem tertiam.
90. Transactione licet recisio probaretur Jus Metropoliticum Moguntinum in vim concessari.
91. Inter ipsam Heribopolis & Fuldam boidedum viget illa Transactionis, ergo & Moguntiam inter & Fuldam vigere debet.
92. Abbes Fuldensis instanter rogaverunt, ne Archi-Episcopus Moguntinus à transactione recederet.
93. Etiam post sententias recisiorum Rose agnoscunt valorem transactionis.
94. Ut & Elector Moguntinus.
95. Judicialis Fuldensum coram S. Sede confessio juris Metropolitici Moguntini.
96. Igittu illibatum in hunc diem hujus juris vigere possessionem pro Moguntia.
97. Ante omnia manutenebam.
98. Non faciendum Fulde gratiā, & Moguntia injuriam.
99. Sed rem relinquentiam in pristino statu ad formam Concordie de anno 1662.
100. Transfisi ad Pallium Heribopolense, iusque desuper conquerentes Prefices Germaniae.
101. Excusationes Pallii generales.
102. Speciales.
103. Refutantur omnes, posse S. Pontificis Canones abrogare, & vel Parochis Pallium concedere.
104. Sed de hoc non est quæstio.
105. Pallium est ornamentum proprium Archi-Episcoporum.
106. Omni anno Archi-Episcopos restituti, ne Pallium daretur Episcopis.
107. Pallium est discretio inter Archi-Episcopum & Suffraganeos ejus.
108. Jure Canonico conjungitur authoritas & usus Pallii.
109. Pallium consistit plenitudinem Pontificalis officii cum Archi-Episcopali nominis appellatione, non ergo dandum illi, qui carent Archi-Episcopi nomine.
110. Jam olim Episcopi ambierunt Pallium, sed repulsi pessi.

111. Nunquam invito Metropolitano concessum Pallium Suffraganeis.
112. Oftensi Episcopo Cardinali datus, ut consecrare summanu Neo-Ponificem.
113. Siagrio Episcopo Auguſtodunensi Pallium datum, sed ad preces Co-Episcoporum, & quid eſſet Vicarius S. Sedis.
114. Nullum in Germania Pallium invito Metropolitano.
115. Confessus Archi-Episcopi Moguntini in Pallium & Archi-Episcopatum Magdeburgensem.
116. In Pallium Bambergense.
117. In Pallium Halberstadiense, satisfactio accepta.
118. Rationes speciales huius Pallii & Confessus Metropolitano. An illud ab Alexander II. vel à Papa Scholastico concessum?
119. Judicialiter ab iudicata Pallia Episcopis ab Innocentio III.
120. Nunquam fuit Archi-Episcoporum confessus in Galia concessus.
121. Egregia Fulonis Rhemensis in Formosum Papam bac super re perorato, probante Baronio.
122. Falsum, quid Metenses Episcopi Pallium gerant; olim quidam gererunt, sed abdicare illud debuit Gallo, Episcopo Metensis, ad infanziam Berthulf Trevirensis, & Hincmar Rhemensis.
123. Stephanus Clift II. nepos, Episcopus Metensis, permisit Trevirensis ad vitam reuinari.
124. Eadem Orientis Disciplina.
125. Crucis praeferende potestis non competit nisi Archi-Episcopo, ex Aſtelino & Ponificali Romano.
126. Pallii usum in deſtrumentum Archi-Episcoporum verge-re, agnoscit Marius V.
127. Pallio defixere jubetur Episcopus Frisingensis.
128. Sanctissimus Dominus Neſter Benedictus XIV. Indul-tum praeferende crucis concedit Episcopo Brixiensi non alter, nisi de Confessu Archi-Episcopi Salubergensis.
129. Germaniae Archi-Episcopos modo sentire & conqueriri, sicut omnis civi & nationis Archi-Episcopos.
130. Iſporum Heribolensis ore nunc Episcopum per Palium aquari Archi-Episcopi.
131. Pallium Heribolensis datum inſtitutum Cesare contra Secu-lorum praxis, praesertim Germaniae.
132. Querela gravissime S. Cesare Majestatis apud S. Se-dem, & ratione.
133. Monetor Reverendissimus Dominus Episcopus per Legatum Cesareum, ut Pallii usum differat.
134. Morti proprio quatenus concessum Pallium Heribolensem.
135. Morti proprio plenariae concedi dicuntur, que plurimum annorum infantiarum imperatur.
136. Pallium instantanter, instantissime petendum ab Archi-Episcopis; gravatum ergo novum, si denuo vel eiusdem Episcopio motu proprio.
137. Eminentissimus Elector Moguntinus nil egit, nisi rematu-ri deliberare & communica-ri cum S. C. M. & Praefi-cibus Germaniae, & nul loco appetit, sed paria tuerit.
138. Nec solum ex rationibus generalibus conqueritur, sed de Pallio conceſſo rati modo, & occasione.
139. Querela invitis & extortis.
140. De domo nunquam reparabili, si fileret, adeoque justi.
141. Querela venedum non fuit per reservationes in Indulto Pallii.
142. Nec falso preceaventur futura prejudicia.
143. Canonicus Heribolensis non tenetur ad novitates, Ca-nonicus vero Moguntinus tenetur ad jura Sedis Metropoli-ticae servanda.
144. Licet diversa fuit merita Praefulum, iusta ratione perma-nent Sedum, ex S. Leone M. & Hincmaro Rhemensi.
145. Eadem ratione, que pro Heribolensi militant, etiam mi-litare pro aliis Episcoparibus Germaniae.
146. Refractorius Usus Pallii Heribolensis nil relevat.
147. Assertum Pacis Ecclesiastice studium in Germania maxi-marium subvarum fomes.
148. Majus fuit Paci studiorum Ecclesia Moguntina erga Fulda, quam Heribolensis.
149. Si danda compensatio Heribolensis, à Fuldenſibus danda, non ex iuribus Tertiis decerpida.
150. Heribolensis & Fulda non fuit Pacis studium, sed novo-rum Belorum multo graviorum primitu.
151. Ex utilitatibus praeceſſu nihil innovandum, ex SS. PP. & ante omnia veritas offerta utilitatis inquirenda.
152. Pallium igitur Heribolensis sine in abstracto, sine in concreto negotio praesenti non excusandum.
153. Transitus ad modum procedendi, pratergrosso juris ordine.
154. Reputata rerum Serier.
155. Sine cause cognitione non terminando, sed terminata ramen.
156. Quid L. Imperii R. G. cauit, remissive.
157. Hic solum informatus Curia Romana de narratis par-tium, & coramque veritate.
158. Episcopatum ereditio summi momenti in Ecclesia.
159. Cum cognitione cause fieri solet & debet, praesertim ultra monte.
160. Que consideranda circa Fuldensem Episcopatum fuissent.
161. Majoris momenti est dismembratio Ecclesiarum à Me-tropoli, & quid juris procedundam.
162. Ex Bulla Sixti V. quid instituit Congregationem Con-fectoralem, & SS. Canonibus.
163. Non sufficiens causa, sed audiendi summa insuper, quo-rum intereat.
164. Ultra montes non est exemplum Erectionis Episcopatus, tale, quale nuna Fuldenſis.
165. Nec ipsa Parifensis Cathedra exempla à Senonensi Me-tropoli, nisi audito Archi-Episcopo, imperato ejus confen-tu, datur satisfactione, licet Reges Galliarum intercesserint.
166. Nullum in Germania exemplum tale.
167. Exempta à Moguntino Jure Metropolitico Magde-burgensis Ecclesia in Synodo, confacente Archi-Episco-po Moguntino.
168. Bambergensis humiliiter exorato confensu Heribolensem.
169. Pragenses non nisi auditio Metropolita Moguntino ex decreto Innocentii Tertiis, idque iuxta Canones.
170. Dux Nauceji in Lotharingia erigendum Episcopatus, auditus est Archi-Episcopus Trevirensis, & res caruic efficit.
171. Dum anno 1520. Fuldenſis jam appetenter Episcopatus, auditus est Episcopus Heribolensis.
172. Fuldenſis Cleru, populus, & Tractus non est immediatae subiectus S. Pontifici, sed Metropoli Moguntino.
173. Saltem via Juris inquirendum fuisse, an non?
174. His non impugnatur Bulla Sanctissimi Pontificis, sed parsim narrata.
175. Si mens Summi Pontificis fuisset, eximere Fuldenſem populum & Clerum à Jure Metropolitico Moguntino, hoc Exemptio sub- & obreptita fore.
176. Quia via facti possessor Possessione priuatus esset.
177. Canonizate dicentes, quod Abbatia nullius fuisse possum-erit in Episcopatus, supponunt, quod Metropolitanus nulli Juris ibi habeat.
178. Eriam hoc casu ramen adhibenda cause cognitio.
179. Lii mora Archi-Episcopo Trevirensi deliper in casu Ecclesia S. Deodati in Lotharingia, & narrata tunc par-tium.
180. Cognitum ramen causam, citram Episcopat Tullenſis, & auditus

- auditus Trevirensis Metropolitanus, & res caruit effectu.
181. Non adiuntes rationes pro Fulda.
182. Confessus Archi - Episcopi Moguntini in Episcopatum Fuldensem petitus fuit A. 1529, ergo & nunc debet, & confessus Episcopi Heribopolitanus nunc requiritus fuit, multo magis ergo requiri debuitus confessus Metropolitanus.
183. Moguntia audiri debuerit insuper propter transactiōnem Heribopolitanam claustralitati intam de Suffraganeis Ecclesiis & Canonicae Moguntinae Diocesis.
184. Nil relevat, Articulus quintus Transactionis illius & Summa Pontifice cassatus est.
185. Si Episcopus Fuldensis exceptus, evidens est, quid Episcopus Heribopolitanus Iuri Metropolitico nec man Capelam eripere poterit, & exempto Episcopatu tradere.
186. In dismembranda Parochia sic non proceditur, fuscus in dismembranda Metropolitana Moguntina procedi voluit.
187. Etiam habito confesso Cesaris nibilominus cum cogitatione causa fuisse procedendum.
188. Sed Augustissimus Imperator nentiquam consenserit in Episcopatum exemplum.
189. Mens Canonum & Legum hac super re.
190. Heribpoli in unica causa se à Metropolitanu eximiente, audiita fuit: Moguntia.
191. Rationes rei clam gestae.
192. In similibus casibus exaudite sunt Electorum Ecclesiasticorum S. R. I. querele, etiam contra sensa S. Congregationis Cardinalium ab Urbano VIII.
193. Si omnia narrata Fuldensum vera essent, non expeditus concedi gratiam.
194. Meruisse saltem audiri Moguntia ob suam dignitatem, & erga S. Sedem, & Religionem Catholicam merita, ac iacturas, quas passa fuit à Protestantibus.
195. Conclusio: Justas querelas Metropolis Moguntina, illam redire grandam agere omnia de pleno, nihil profus innovandum.





§. 1.

Monachos omnes in ortu laicos, in Clerum paulo post adscitos, sed Episcopalis obedientie jugum excusifile, tardius adhuc Cleri populi regimini Hierarchico se imposuisse, adeoque Abbatum quasi Episcopalem Jurisdictionem recentioris aevi partum esse, vel in vulgus notum est, & perspectum.

§. 2. Celeberrima Ord. S. Benedicti in Germania Fuldenis Abbatia natales suos S. Bonifacio, Archi-Episcopo Moguntino, incrementum, & magnam latitudinum, que possider, partem, ejusdem successoribus Archi-Episcopis Moguntinus debet, quibus a mille annis curae, cordicula fuit, hanc Abbatiam Moguntino finu natam, & nutritam, amore materno fovere, ac multoties a proximo interitus periculo liberare.

§. 3. Contigit inde, quod ob intimam hanc cum Sede Moguntina conjunctionem Abbaties Fuldenes privilegium praetererint, assidendi semper in Conventibus suo Metropolitanu Moguntino, adeoque proedram ante Germania non tantum Episcopos, sed Archi-Episcopos etiam, Coloniensem, & Magdeburgensem, non sine scandalo tamen, tumultu & cæde.

LAMBERTUS SCHAFFNAUERG. ad Ann. C. M. LXXXII.

Vid. SCHANNAT. Hist. Ful. pag. 166. 184.

§. 4. Licet verò hanc præcedentiam incassum tunc petierint Fuldenes Abbes; facile ramen fuit exortis exemptionum Privilegiis parem cum Monasteriis Ordinibusque aliis exemptis, quod Regulares personas, Monasterium, & disciplinam Monasticam, exemptionem obtinere, convivente Moguntiæ; ita tamen ut Moguntini Præfules non omnem Abbatia curam abjicerent; sed Pontificum, ac Imperatorum beneplacito, eandem quandogue sibi commendatam admisirarent: qua de re non erupit Moguntinos solum Historicos, sed apud ipsum SCHANNATUM luculentia sunt monumenta.

§. 5. At verò quantum ad Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, ac populum dictationis Fuldenis, quibus phrasibus hodie utimur, præcis illis facilius eandem Abbaribus defuisse, far parebit ex infra dicendis, ac id ipsum S. Rota Tribunal post plenariam causa cognitio nem iterato decidit, scilicet: neutriquam suffragani Abbarum Fuldeni exemptionem natum, vel etiam dativum cum Tervitoria separato, ac Jurisdictione quasi Episcopali, eò quod omnia Diplomata, & privilegia, à Fuldenibus hunc in suum adducta, solumento loquuntur de exemptione passiva Monasterii, & Monachorum.

ROTA in causa nullius, seu Fuldeni, Jurisdictionis, 20. Novemb. 1705, coram MOLINES.

& coram ANSALDO, 1ma Junii 1708.

de quibus pluribus infra.

§. 6. Sic itaque constitute fuerant res Fuldenes usque ad turbulentia Religionis in Germania diffidia, quo tempore Archi-Episcopi Moguntini non minus, ac Herbipolentes Episcopi haud semel sedibus suis pulsi, vix domi Religionem Catholicam sartam tecum conservare potuerunt, minus verò ad ea, quæ Abbes Fuldenes in praedictum iurium suorum clanculum agebant, attendere: certissimum & testimonio nunquam adhuc enervato ipsius Fuldenium Historiographi

BROWERI, ex S. F. Annal. Ful. pag. 8.

qui ex Archivio Fuldeni, & sub Abbarum oculis scriptis, librumque Abbatii Fuldeni dedicavit, corroboratio fuit, tempore Fuldensem ditionem eis annem Fulda versus Franconiam Orientalem Herbipolensis, trans annem versus Thuringiam Moguntina Diocesis fuisse. Sed, prout dictum, à tempore Lutheri Abbes Fuldenes exemptions Monasterii sui, & Monachorum passiva non contenti, varios actus jurisdictionis Episcopalis exercere ceperant, ita prorsus, ut plane eodem seculo XVI. Consistorium Ecclesiasticum Fulda constituerent.

§. 7. Hac tempestate Moguntina Seles, quæ phalacteria sua nunquam dilatare confuerit; sed DEI glorie intenta charismata meliora magis amulari, conivebat iis, quæ Princeps, & Abbas Fuldenis utroque brachio, Ecclesiastico & Seculari, pro bono Religionis & disciplina Ecclesiastica etiam in locis Moguntina Diocesis versus Thuringiam trans annum Fulda augebar, neque vel ipsi noviter erecto Consistorio Fuldeni contradicebat, sed ab eodem in Judio Metropolitico appellationes recipiebat.

§. 8. At verò Herbipolentes Episcopi indignissime hanc Fuldensem usurpationem Juris Diocelani sui cerebant, & abolitionem Consistorii Fuldenis vehementer urgebant, ac porro contigit, quod Julianus ab Echtor, Herbipolensis Episcopus, totam ditionem Fuldenem anno 1576. prævia renunciatione Balthazaris Abbas, quæ tamen nullius valoris declarata est, occuparet, & usque ad annum 1602. idem Fuldenis Abbas Balthazar inde excluderetur. Experiens tunc fuit idem Abbas sibi quam benignissimum Metropolitanum suum Danielem, Archi-Episcopum Moguntinum; qui exulem in suo territorio suscepit, & auxilio opportuno in omnibus illi adiuit, velut non ipsius tantum Balthazaris, sed Summi Pontificis & Imperatorum literæ egregie dilaudarunt.

vid. SCHANNATI Hist. Ful. in hoc Abbatie.

B 2

§. 9.

§. 9. Sopito hoc dissidio, recruduit initio Sæculi XVII. Heripolim inter & Fuldam lis super Jurisdictione quasi Episcopali, Moguntia rursus quieta, nec parem item de suis locis Diœcesanis Abbati movente; licet hoc quoque tempore luculenta existant documenta, quod Moguntia non omnis Juris Diœcesani in Tractu Fuldenſi se crediderit expertem. Successiv porro ab anno 1618. cruentum, ac fatale Religioni Catholica in Germania bellum, quo iis de rebus concertandi tempus non erat, bello vero per Westphalicos anni 1648. & Norimbergenses A. 1650. Traictatus finito, eadem lis Ecclesiastica denuo reviviscebatur, Heripolenses ad communem cum Fuldenſi Abbe Metropolitanum tunc confugere, perentes, ut Archi- Episcopali autoritate Provinciam suam Fuldenſem vifitaret, & super causa Juris quasi Episcopali alii cognosceret, tefante Adjuncto (Nr. I.) Quibus precibus annuit Eminentissimus Metropolitanus Moguntinus, denominatis Visitatoribus Provincie, datisque mandatis, cognoscendi caufam, tefante Adjuncto (Nr. II.) Sed hac viâ opus non fuit, nam per Moguntinos Legatos eosdem Petrum de Walenburg, & Adolphum Volusium, ambos successiv Episcopos in Partibus, & Suffraganeos Moguntinos id effectum est: ut celebris illa, & in Curia Romana norissima Concordia anno 1662. 23. Marti inter Archi- Episcopum, & Electorem Mogunrinum ex una, inter Episcopum, & Principem Heripolensem ex altera parte, cum Princeps & Abbate Fuldenſi iniretur, ac Moguntini Metropolitanus, Heripolensis Cathedralis, & Fuldenſis Abbatialis Capitulo confensu, ac sigillis muniretur, qua quidem Concordia typis Romanis, sed cum variis mendis quondam impressa, ac à SCHANNATO, Fuldenſum panegyriti potius, quam historiographo, ad calcem sua Diœcesis Fuldenſis Nro CXC. sed murula prorsus, adeoque non cum ea, quā decuifiter, fide edita hic ex authentico, Germanico idiomate conscripto, in Archivio Moguntino custodito, integraliter in latinam linguum genuinē translatum apponitur in Adjuncto (Nr. III.)

§. 10. Concordia capita fuere: 1. Relinquatur jurisdictio quasi Episcopalis, hucusque possedit, Abbatibus, & Ecclesiæ Fuldenſi, qualis Prælatis inferioribus competeret foler, sine ullo appellandi jure ad Episcopum Heripolensem, adiecta mox expresa clausula:

Salvo tantum jure Metropolitano & remedium appellationis ad Metropolitanum, iuxta ordinem ab Ecclesia Catholica, cunctisque Diœcesis bujus Provinciae Moguntinae laudabiliter receptum, & in viridi obseruaria confitutum.

2. Teneantur Abbatibus Fuldenſis, quamprimum aliquis à nobili Capitulo in locum Abbatis Principis Fuldenſis sufficiens fuerit, semper Electori Moguntino ut mediatori, & absque eo Provinciae Moguntinae Metropolitano, tum etiam Episcopo Heripolensi per litervas notificare, atque insuper confirmationem renuiri Juris quasi Episcopali, & actualen, ubi necessitus exegerit, manutinentur ab iisdem petere.

3. Jurisdictio quasi Episcopalis ab Archi- Episcopo & Electore Moguntino, ut & ab Episcopo Heripolensi, Abbatis concessa, non diutius, quam dum Ecclesia & Principatus Abbatiae Fuldenſis juxta foundationem sub Catolicorum manus perficerit, vigere, & in suo labore permanere debent. Sin vero in alienas Catolicorum, vel Acatholiticorum manus devenerit, haec transactio neque Archi- Episcopo Moguntino, neque Episcopo Heripolensi cedat in praedictum, nec illi bic teneantur, sed uterque jus suum Episcopale plenarie manutendit & liberè exercendi poststatem habeat.

§. 11. Concordia isthac adamassim obseruata fuit, agnitus Metropolitanus Moguntinus à Fuldenibus Abbatibus, ab iisdem neo-electis Abbatibus confirmatio celæ jurisdictionis juxta formam in transactione prescriptam petita. Sed post obitum quartor Episcoporum Heripolensium, Joannis Philippi à Schönborn, Joannis Hartmanni à Rosenbach, Petri Philippi à Dernbach, Conradi Wilhelmi de Wernau, cum Joanne Godefrido de Guttenberg in Episcopum Heripolensem electus fuerat, concoquens non volui amplius Heripolensis Ecclesia celſam Fuldenſis Abbatiae jurisdictionem quasi Episcopalem, citra aliud reciprocum, quam recognitionem cuiuslibet novi Abbatis, inde recindere Concordiam prædictam mediarabatur.

§. 12. Eum in finem missus Moguntina Consiliarius Heripolensis, nomine Demerath, in Aula Moguntina vehementer instituit, ut Elector Moguntinus, Anselmus Franciscus ab Ingelheim, cum Episcopo Heripolensi caufam communem lufciperet, & una pro refcione Concordie supra dicta apud S. Sedem ageret, nec foli jure Metropolitico in Fuldam contentus esset, quam in rem varias rationes jussu Principis Heripolensis exhibuit.

§. 13. Ex altera parte Princeps & Abbas Fuldenſis Placidus, literis aliquoties repetitis, ab Archi- Episcopo, & Electore Moguntino, ac dein aliis literis à Capitulo Metropolitano Moguntino petiti, ut Sedes Metropolitica potius secum caufam communem faceret, modisque omnibus Concordiam ferre dictam, imitam cum Fuldenibus, coram S. Sede manuteneret.

§. 14. Eminentissimus Elektor Moguntinus fuis rationes habuit inferius (§. 65. seq.) enarrandas, quare hac lite abstinere. Ac re vera nec Fuldenibus, nec Heripolensis affit, professus ramen, s' lelle Concordiam omnibus modis cum Fuldenibus illibaram levare.

§. 15. Interim lite super refcione Concordie supradictæ coram S. Rota Romana contestata, Abbas Fuldenſis valorem Concordie propugnavit, sed obtinuit vietricem sententiam Heripolensis Episcopii, fuitque Concordia refusa, ac peitia refutato, in integrum Albiti Fuldenſis denegata per Sacram Rotam.

4. Februarii 1692. coram EMERIX.

22. Junii 1695. coram eodem.

23. Junii 1696. coram DE LA TREMOILLE.

ex duplice tamē solū ratione, scilicet quod dicta Concordia decessit Beneficium Apostolicum

licum, nec videretur adfuisse causa necessitatis, vel evidentis utilitatis Ecclesiae Herbipolensis, cedentis per eam Concordiam Abbatibus Fuldensibus Jurisdictionem Episcopalem.

§. 16. Hoc pacto elisā ab Herbipolensibus Fuldensibus Jurisdictionem Episcopalem. Fuldenses hucque nitabantur, causā principalis jurisdictionis quasi Episcopalis Fuldensis in eadem S. Rota fuit primitus introducēta, ac in iusta instantia post unam decisionem Fuldae pentas favorablem

de 28. Iunii A. 1700. coram DE LA TREMOILLE,

iteratō

die 16. Febr. 1703.

et 25. April. 1705.

ac 20. Novembr. 1705. coram MOLINES,

decisum fuit, exemptionem narivam & dativam non suffragari Abbatis Fuldeni quoad Clerum & Populum, ac Territorium separatum, sed tantum præscriptivam, fundatam in quadrigeneria cum titulo colorato. Id ipsum solum confirmatum fuit in secunda instantia,

Decisione 1. Iunii 1708. coram ANSALDO 3.

ac votis licet disparibus,

Decif. 2. Iunii 1710. coram eodem.

nece non in tercia instantia Rotali;

15. Julii 1711. coram CAFFARELLO,

ac tandem

15. April. 1712. coram PRIOLO.

§. 17. Verum cum plures Episcopi in, & extra Italiā, & inter eos Eminentissimus Elektor Moguntinus conquesti essent apud S. Sedē:

Exempla gravia esse hanc sententiam, ac Episcopis prejudicialem: quod per simplicem quadrigeneriam præscriptionem cum titulo colorato præscribi possit Territorium separatum.
causa hæc Fuldensis commissa iterum fuit S. Rota, per signaturam gratiae, prævio tamen voto S. Congregationis Concilii super dubio in abstracto: *an quadrigeneria cum titulo colorato sufficeret ad præscribendum Territorium separatum.*

§. 18. Reapł Summus Pontifex Clemens XI. Congregationem particularē præcipuorum S. Romanae Curiae Prelatorum deputavit ad effectum examinandi hunc Articulum, habituque maturo & diligentissimo examine, nec non prævio doctissimo voto moderni Summi Pontificis sapientissimi tum temporis prædictæ Congregationis particularis Secretarii unanimiter responsum, ac 14ta Januarii 1721. a Summo Pontifice probatum fuit.....:

Non posse præscribi Territorium separatum, Jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem à Prelatis inferioribus in Clericū & populu, cum ipsis Episcopis exclusione, per quadrigeneriam præscriptionem, unde cum titulo colorato; sed pro acquisitione Territorii separati, prædictaque Jurisdictionis, omnino requiri aut claram & undequaque substsens Apostolicum Privilegium, aut coniunctudinem immemoriam cum suis omnibus requisitis ritè probatam, per quam Apostolicum Privilegium præsumi celeat.

prout hac omnia, cum laudibus, Doctissimo PROSPERO DE LAMBERTINIS, nunc glorioſissimi regnanti BENEDICTO XIV. debitis, fusius enarrat

PITONIUS. Discept. Ecclesiast. 112.

§. 19. Hoc in statu causa Herbipolensem inter Episcopum & Abbatem Fulensem per manū Romæ, in Germania vero anno 1722. vīsum fuit partibus litigantibus, novam viam negotio terminando iniit. Siquidem iam anno 1698. Sede Herbipolensi vacante, Capitulum Cathedrale ejus Ecclesie cum Abbatे Fulensi vix non convenerat, quod liti in Curia Romana ceptæ renuntiare, ac rem in terminis Concordia supra dicta de A. 1662. quamvis à Rota rescisse, cum Fulda reliquerit.

§. 20. Hinc principiis insistentes Joannes Philippus Franciscus, Episcopus Herbipolensis, & Constantinus, Abbas Fulensis, anno 1722. mensis Decembri eandem, licet ad petitionem Herbipolensis rescasam, in Curia Romana Concordiam renovarunt, ac ejus contenta, quantumquidem Herbipolensi & Fulensi Ecclesias spectant, sed integratiter novae transactionis exemplari inferuerunt, addito tantummodo circa finem unico articulo, circa commutationem Ecclesiæ Parochialis cuiusdam in Schonéra. Porro, que in Concordia anni 1662. de Juribus Moguntini expressa erant, illa in hac renovata fuerunt omisæ, ac præservata fuit Apostolica confirmatio, sed neutiquam subsecuta.

§. 21. Tandem opportunitum tempus vīsum fuit quibusdam rerum Consiliariis, ante quosdam annos, & prout literis Romanis sero innouit, jam ante quadriennium novam planū scenam ludere, ac illa moliri, que post decem secula nescivit, & nunc miratur Germania. Omisæ sunt hic plura tantisper, que lac de re dicenda sufficiunt, & omittentur adhuc; quidquid vero narratum fuit, aut narrabitur deinceps, authenticiis constat rerum monumentis, lucem viris, fin expenditure videbitur. Rei series hæc fuit:

§. 22. In mentem venit Herbipolensibus & Fuldensibus rerum Consiliariis, item suam, de Jurisdictione in quibusdam pagis, juribus tertii, & quidem Archi- Episcopi Moguntini pefsumdati, dirimere, ac præviis convenientibus, & in Curia Romana laboribus, ita rem componere, ut Reverendissimum D. Abbatē Fulensi non minus, quam Reverendissimum D. Episcopo Herbipolensi, honores ac jura prorūs indebita & nova accederent. Verbo: per sub- & obrepretias præces expositum fuit in aula Imperiali, equum & dignum esse, ut Reverendissimus D. Abbas Fulensis, quod solū deesse videbatur, Episcopus esset, & Fulda Episcopus fieret; apud S. vero. Sedem res eō devenit, ut Fulda non erigeretur solū in Episcopatum, sed exempta putaretur à cuiusvis Episcopi & Archi-Episcopi jurisdictione, solique Summo Pontifici immediate sub-

jecta, Episcopo porro Heribolensi Archi-Episcopalis Dignitatis insignia concederentur, Pallium scilicet & Crux Archi-Episcopalis.

§. 23. Quām primum hæc ad vota fluere videbantur, anno ab hinc uno & dimidio, 24. Julii 1751. transactio quedam inter Reverendissimos ac Celsissimos Principes, Dominum Episcopum Heribolensem & Dominum Abbatem Fuldensem, per Legatos Hammelburgi inita fuit, cuius basis rursus extat frequentissimè nominata Concordia de anno 1662. huic recentissime transactioni unà cum illa de anno 1722. quod omnia sua contenta integraliter inserta, omissis tantum, quæ Sedem Moguntinam Metropolitanam attinebant, articulis, quasi Moguntina Metropolis in rerum amplius natura non existeret, & adiectis quibusdam novis clausulis, ex quibus odiofissimi (verbo non nostro, sed Patroni Wurceburgensem Romani utimur) conatus quidam, in Ecclesia & Imperio inauditi, reprehenduntur, de quibus infra.

§. 24. Quām humanum suifuer, quām decorum, & conforme Principum Catholicorum & Ecclesiasticorum vicinitati, quām conveniens illi vinculo, quo Heribolensis Ecclesia arcto fraternitate fœderare, imò quo Heribolensis & Fuldensis Ecclesiae amba fundatrici seu Moguntina adhaerent hueque, si toto quadriennio, quo fabricando negotio clam dederant operam, vel literis salutassent Eminentissimum ac Celsissimum Principem Electorem Moguntinum, eumque invitassent, ut sicut Sæculo superiore, primam Concordiam, & simili quā Diœceſanus compacificens inverat, & quā Archi-Episcopus Elector conciliaverat, sic & modò Concordie stabili, honeste ac justa suas quoque manus daret, quām libenter nunc suis querelis careret Metropolis Moguntina, quæ proflus invita extorquentur. Sed statutum inter Heribolenses ac Fuldensis Confessorios fuerat, alienis spoliis pacem (si demum hoc nomen impotentium sit hui toties decisæ, vel facilimè decidenda) componere, aliorum jura quā pér fortēm interfici, Fulda Metropolitana Jurisdictione eripere, & in rei bene gestæ præmium Heribolium Archi-Episcoporum Pallio tantisper exornare.

§. 25. Nec mora. Lis illa, quæ Heribolensem inter & Fulensem Ecclesiam de Jurisdictione quasi Episcopali in quibusdam locis ditionis Fuldensis intercesserat, prætexta fuit in Curia Romana tanquam Bellum atrocissimum, longissimum, Religioni Catholicæ, quin & tranquillitati Reipublice proorsus exitiale; pacem igitur quovis priori redimendam, & sanctissimo huic fini consequendo conquirienda esse media, ab annis milie non viſa, nec audita, scilicet Heribolium Pallio Archi-Episcopali premiandam.

§. 26. Ex altera parte Dignitas Fuldensis Abbatis quasi in cœlum sublata magnificientissimis verbis fuit: nil gloria DEi ac animarum salutis, nil Ecclesie bono magis conducere, quām ut nunc Fuldensium Abbes Episcopi audirent; sed obstat adhucdum dicebatur Bellum illud horridum Heribolim inter & Fuldam, & sacrificium nimii valoris esse, si Heribolim consentiret; dandum ergo Archi-Episcopale Pallium Heriboli ad confitendum illius imperrandum, scemini hac in re injuriari fieri; è contrario rem esse Germania, Sacerdotio & Imperio exoptatissimam, quin imò Fuldam à Sæculo jam exemptam fuisse, nec in ullo cum Moguntina Sede neu xvi stetisse, foli cum Clero & populo suo Summo Pontifici fuisse subjectam, alterius obediente exegem.

§. 27. Quid porro S. Sedes? inaudito Eminentissimo Electore Moguntino, Heribolensem & Fulensem Metropolitano, fini causa cognitione, transactio recens Heribolim inter & Fuldam de anno 1751. die 1ma Octobris anni elapsi 1752. confirmatur, die 5ta Octobris Heribolensi Ecclesie Pallium assignatur, & eadem die 5ta mensis ejusdem Fulda in Episcopatum erigitur, prout nunc prætentunt, exemptum iisdem successivè diebus, ut clarius patescat, unum omnium horum fuisse negotium. Decanus insuper ac octo Prepositi Regulares, quos vocant, Fuldensis Insulis & Annulo decorantur.

§. 28. His omnibus Roma jam statutis, primos, nondum tamen certos rei nuntios circa finem mensis Julii A. 1752. de Pallio Heribolensi Metropolis Moguntia accepte, de exemplo novo Episcopatu Fuldeni nonnulli mense Novembri, & fin hoc incredibili videatur, mirabilius profecto est: Reverendissimum & Celsissimum Dominum Abbatem Fuldensem ipfissimum in primis, quis siam Celsitudinem Electoralem Moguntinam hoc in negotio salutavit, literis, die Januarii 8 datis, & iisdemmet literis annexo proscripto sub dato 15 Jan. prosterit, *femorissum adiuv necesse*, que denum mens sit Summi Pontificis circa Fuldenis Episcopatus electionem.

§. 29. Non defuit Eminentissimus ac Celsissimus Archi-Episcopus Princeps Elector Moguntinus illi, quod honor & ratio, præprimitis vero, quod Juramentum Ecclesiæ & Capitulo suo præfittum exigeant, justissimè reformidans, se viventium & posterorum, se Nationis Germanicae totius indigitationem incursum, fin obmutesceret, ac novitates has inauditas à cunctis in Germania retro Sæculis turpi silentio conquereret. Satis erit hic dixisse, instantias Celsissimo Romino suo factas locis congruis & opportunitis vel suppressas, vel matillatas, vel dilatas, vel planè vias omnes, quas Ius propitiū, & evidens aperiebat ratio, vix non occulatas fuisse.

§. 30. Interim citatis curforibus Bullas reportantur, ipso Feffo Epiphaniae Domini Reverendissimus & Celsissimus Dominus Episcopus & Princeps Heribolensis Pallio Archi-Episcopali exornatus apparuit, qui humeris ejus id imposuit, palam proclamavit, nunc eundem Principem novum & singulare ornamentum accipere, quod illum majoribus æquaret, ab æquilibus distingueret. Reverendissimus Dominus Abbas Fuldensis Episcopalis nominis suscepit, erectaque Episcopatus nuntias literas quaquā versum mittit. Palam ulterius in vulgus spargitur, nemine his super rebus querelas movere, quām solum Principem Electorem Moguntinum.

§. 31. Ar verò Sacra Cæsarea Majestas non solum justissimè indignata fuit, quod tam Pallii Heribolensis negotium, quām exemptionis prætentis Fuldensis à Metropolitanio jure sibi occulatum fuerit; sed insuper, conformiter legibus Imperii R. G. fundamentalibus, Sanctissimo Do-

mino

mino nostro representare dignata fuit; pessimas, & Pallii Heribopolensis, & concedenda exemplis Fuldenis sequelas, verbis gravissimis, quâ de re inferius (§. 132. 188.).

§. 32. Principes Electores Ecclesiastici S. R. I. ac Archi-Episcopi Germaniae omnes, Metropolitanarum Ecclesiarum Capitula, Episcopi, etiam Provinciae non Moguntinae, quibus Patria, & concordia, præparatis vero statu Hierarchici, ac Religionis Catholicae decus, & salus cordi est, non potuerunt non hinc novitatibus turbari, isque iam passibus progreffi sunt, quos rei gravitas novitasque, simul ac debita erga S. Sedem reverentia, & Curiae Romane melius informandæ certissima spes susseruit. Atque haec querela vel omnium sunt Episcoporum Germaniae communes, vel Archi-Episcoporum speciales, vel Archi-Episcopi Principis Electoris Moguntini propriæ.

§. 33. Communi conqueruntur Principes Ecclesiastici: quod cum Heribopolensis, & Fuldenibus desideriis satisfactum sit, in primis non ille modus observatus fuerit, qui legibus, ac systemati Germania conformis esset; quod prerogativa Heribopolensi Ecclesie concessa in reliquo Episcoporum, de Ecclesia non minus, ac Imperio optimè meritorum, diminutionem verget; quod novi exempli Episcopatus Fuldenis insignis character amplissimos ac poterissimos Episcopatus longo post se intervallo relinquat, qui per tot Secula Metropolitanis subjecti fuerunt, & adhuc subiecti manent, idque impetrare non potuerunt, quo nunc unus Abbas quasi per saltum profili, quod aucto, & propediem augendo Episcoporum, præter necessitatem, numero, inter Germania Ordines dignitas & auctoritas Episcoporum non possit non reddi contemptibilior; id quod Cardinalis PALLAVICINUS in sua Concilii Tridentini historia bene adverbit, certumque existit, plures Archi-Episcopatus Italiæ, Statutis praesertim Ecclesiastici, & Regni Neapolitanæ, non sufficere unius Episcopi Germania dignitati ex Reipublica forma; quod denique maiores ausus Abbatiarum, sibi quoque subjetarum, vel saltem sua Diocesis inclusarum, & cristas suas nimis jam extollentium, jurisdictionem quasi Episcopalem partim jam prætentendum, partim possidentium, quam certissimè timendi sint. Jusfas has querelas ore calamoque communi cum Co-Episcopis suis promovere non poterit non Sedes Moguntina.

§. 34. Conqueruntur Archi-Episcopi: per Pallium Episcopale, & Crucem, prout publicis typis Heribopolibus jacturam fuit, nunc Episcopum. Archi-Episcopis *equalem reddi*: has Archi-Episcoporum notas characteristicas diminui, ac communis reddi, sibi metuendum quam certissimum, quod Moguntino Metropolitanu accidit: suos propediem Suffraganeos, & Abbates, iisdem attributis impertratu, quod Heribopolis & Fulda &c.

§. 35. Quæ vero hoc loco querela proponuntur, licet in consequentiā communes sint omnibus, nunc tamen quasi in ordine primum, non tamen ultimum futurum, concernunt Emissentissimum Archi-Episcopum Principem Electorem Moguntinum. His igitur tantisper indicabitur:

I. *Sedem Metropolitanam Moguntinam justè privari non posse jure Metropolitico suo in Clerum & populum Tractus Fuldenis.*

II. *Sedem Metropolitanam Moguntinam cum reliquis Metropolitanis jure conqueri, ob Pallium D. Episcopi Heribopolensi noviter concessum.*

III. *Sedem eandem Metropolitanam pari jure conqueri contra modum, quo concatenatum hoc negotium, se nec audiri, nec defensâ, gestum fuit.*

§. 36. Quod opus dum aggredimur, nemo terum gnarus terrebitur Litteris, Bullisque Apostolicis jam expeditis, sive super transactionis anno 1751. Heribopolim inter & Fuldam initæ confirmatione, sive subsecutâ Pallii concessione, ac Episcopatus Fuldenis erectione, nec terribitur attentatio jam ab impenitribus Bullarum executione. Norissima quippe sunt utriusque Iuris Principia: Concessiones quasquaque per sub, vel obreptiones obtentas nullius esse valoris, supplicantem penitus carere debere impetratis, ac confirmations in forma communi, non cito, auditisque, quorum inter se, negotio robur non addere, sed tam facile rescindi, quam facile scribuntur, licet concessiones & confirmations prædictæ sint ab Apostolica Sede obtentæ; intrare tunc tamen, quam vocant, Aperiitionem oris contra ipsas Literas Apostolicas de præi Romanâ viridissima. Verificandas, & justificandas adhuc esse Literas Apostolicas, cum naturalia, Divina ac humana Jura clament, inauditum, indefensum per quasquaque Bullas clausulis quibuscumque munera gravissime laedi non debere, ac de cætero notorium sit, Curiam Romanam sub- & obreptionibus partium, ex omni parte mundi longissime diffusa Romanum currentium, nimis expositum esse. Quiamobrem, ut suo jam aeo in causa simili Trevirensis Archi-Episcopi contra Abbatem S. Maximini advertit

S. BERNARDUS, Epist. 180. ad Innocent. P.

Hoc soles habere præcipuum Apostolica Sedes, ut non pugeat revocare, quod à se fortè deprebenderit fratre elicitum, non veritate proueritum.

§. 37. Non igitur ullatenus hic impugnatur suprema Sedis Apostolice Authoritas, quod semel præ semper contestatur; sed partium adversarum, Heribopolensis felicit, & Fuldensis narrata, eartumque causa publica luci veritatis & iustitiae exponitur, eum in finem, ut vel ipsa Curia Romana sub- & obreptionibus earundem justè indigetur, jura verò terræ rueri dignetur. Quidquid igitur dicetur, eum in finem proponitur, ut facta, que Curie Romane, aut occulta, aut obscurata sunt, clarius proponantur Urbis & Orbis judicio. Sed ad rem ipsam descendere oportet.

§. 38. Patet vero jam ex solius facti serie:

Sanctam Sedem Metropolitanam Moguntinam jure Metropolitico in Clerum & populum Tractus Fuldenis notoriè gaudere; proin eodem privari,

C 2

Abba-

Abbatiam verò Fulensem in Episcopatum exemptum erigi non posse.
 §. 39. Quamvis enim Abbes Fulenses pridem possederint exemptionem passim Monasteriorum, & personarum Regularium, ac etenim hoc Monasterium dictum fuerit nullius Dicēsis, & S. Sedi immediate subiectum: Quamvis etiam Abbas Fulensis à longo tempore exercuerit in locis trans amnum Fuldam, Thuringiam & Haffiam versus, Moguntinae quondam Diœcesis, sicut, & in locis cis amnum Fulda, Franciam versus, Heribolensis quondam Diœcesis, jurisdictionem Ecclesiasticam primae Instantiae quasi Episcopalem, illudque jurisdictionis exercitum Fulensisibus per transactionem de Anno 1662. stabilitum fit; certissimum tamen est, fulvum semper manisse Sedi Moguntinae in omnem ditionem Fuldenensis, & trans amnum Fuldam, ejusque in Clerum & populum Jus Metropoliticum cum secunda Instantia fori Metropolitici & aliis omnibus annexis.

§. 40. Ab omnibus retro Sæculis Metropolitanis Moguntini jus illud in tractu Fuldeni execuerunt. Ab eo tempore, quo jurisdictionis quasi Episcopalis exercitum Fulensis Abbes ceperant, Moguntini Archi-Praesules juris illius, finē intermissione, possessionem semper continebant, Abbes verò quam libertissime, non finē suo commodo, Metropolitanum suum Moguntinum, ejusque jurisdictionem secundam Instantiam, in sua ditionis Clerum & populum, agnoverunt.

§. 41. Sic, ut recentiori solū tangamus, Abbatia suā & ditione, aliis tamet de causis temporalibus, expulsi Baltafar, Abbas Fulensis, Anno 1576. Metropolitanū sui Moguntini Danielis autoritatem & opem imploravit ac obtinuit, de quo negotio supra (§. 8.) & suo tempore fortassis plura.

§. 42. Sic exorto jam tricennali bello, cum Monachi Fulensis vix amplius Laicis dissimiles essent: verba sunt non nostra, sed SCHANNATI

Fulensis Hist. fol. 283. in Joanne Bernardo Abbat. adeoque Archi-Episcopus Moguntinus, Joannes Swicardus, A. 1622. munetis sui Archi-Episcopalis ratus esset, curare, ut tam periculosis temporibus Abbatis Fuldensis de zeloso catholico Abate provideratur, electioni Abbatis per Legatum, Anselmum Casimirum de Wambold, postea Electorem Moguntinum, in qualitate Metropolitanū interfuerit, quod verbis non Moguntinus, sed Pissimi Caesaris Ferdinandi II. ex ejus mandatis Cesarea suo pariter ad eandem electionem Legato, Joanni Jacobo Kurz à Senftenau, Ratisbona 26. Decembr. 1622. datis, quorum copiam hic adjicimus, (N. IV.) comprobamus, hujus tenoris: Et cum Reverendus Joannes Swicardus, Archi-Episcopus Moguntinus, S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarius, nepos Nostræ charissimæ, & Elector, qui sepe diœcia Ecclesie Fulensis Metropolitanus, pariter sum Legatum Fuldam allegans, hinc Legatus Nostræ omnia cum illo sincrè communicabit. Quam solemniter verò ille Legatus Metropolitanus Moguntinus, & quibus honoribus suscepimus, qualiter electioni Joannis Bernardi in Abbatem publice interfuerit, Archivum Moguntinum docet.

§. 43. Sic Decanus, ac Capitulares Fuldensis, cum circa annum 1630. Fuldensis Abbas, Joannes Bernardus, contra veteres mores, ignobilis loco natis Monachis Fulensisibus, jus vocis actiue in Abbatum electionibus indultum vellet, ad Metropolitanum suum Moguntinum, praedictum Anselmum Casimirum de Wambold, caufam derulerunt, ejusque opem implorabant, & obtinuerunt.

§. 44. Sic planè Anno 1633, non solum Imperator Ferdinandus II. Metropolitanum adesse iustit electioni Fuldeni; sed Senior & Capitulares Fuldensis hoc negotium electionis Abbatis Fuldensis Metropolitanus suo, eidem Anselmo Casimiro, commiserunt, à quo cum aliis Compromissariis fuit designatus Abbas Joannes Adolphus ab Hohenec. Hæc omnia etiam Catholicorum scriporum, consequenter impartialium verbis constant, Metropolitanus Moguntini qualitatem hic agnoscentium.

CHRISTIANUS JOANNIS, Tom. I. Rev. Mogunt. fol. 942. &c. fol. 947.

§. 45. Sic omnes succeſſores Abbes verbis, literis, factisque reveriti sunt Metropolitanos suos Moguntinos. Sic ab eo tempore, quo recentius erectum erat Fulda Consistorium Ecclesiasticum, appellations, diu ante transactionem de anno 1662. ad Moguntinam Curiam Metropoliticanam delatae, recepta, dijudicatae sunt, quin vel Judicibus Fulensisibus per somnum incidere, se foro Metropolitico subtrahere.

§. 46. Plena sunt hisce omnibus Archivis Moguntina; absit tamen, ut hæc probatiois loco adducantur; id est tantum afferuntur, ut sensus verborum transactionis de anno 1662. salvo Pro Metropolito Moguntino, in viridi observantia constituto, & appellationibus ad Judicium Metropolitanum Moguntinum &c. clarius eratur. Quem in solū & unicū finem hic ex appellationum quondam Fuldenium ante transactionem praeditam Moguntinum delatarum actis & processibus, & proprias Consistorii Fuldenis confessiones, & alia quedam documenta (Nrs V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII.) apponimus, ex quibus constet, hoc jus Metropoliticum, cum appellationibus ad Metropolitana Moguntinum ante bellum jani tricennale Germanie in viridi fusse observantia constitutum, ac post finitum anno 1650. exauthoratione milium bellum, merito in ipsa solenni transactione A. 1662. agnitum, & præservatum.

§. 47. Nam nullo penitus iure Sedi Metropoliticae Moguntinae onus imponi potest, probandi jus suum Metropoliticum, in Clerum ac populum, per ditiones temporales Fuldenies commorantem. Tuta semper Moguntina perpetua juris hujus possessione fuit, ac insuper Juris præsumptione; nam nullâ fronte negari potest. Fulensem Abbatiam sitam esse intra fines Provincie Moguntinae, cùm à tribus terræ plagiis Moguntinae Diœcesi, ab uno solū latere Heribolensi ejus Suffraganea, undecunque vero Provincia Moguntina circumscripta, adeoque etiam in vicinibus & Diœcesi & Provincia Moguntinae situs sit Principatus Fuldenis; tamdiu ergo Metropolis Moguntina habet affidentiam juris pro se, quādiu à Fulensisibus non probatur ex-

exemptio à Jure Metropolitico; sicut enim quaelibet Parochia est in Diœcesi subiecta Episcopo, sic quaelibet Diœcesis, vel quasi Diœcesis est in Provincia, & subiecta Metropolitanus.

Lata Rota in Salisburgense juris Metrop. 13. Febr. 1693. coram PRILO.

ad eo, ut probata situatione Diœcesis in Provincia Archi-Episcopi, debeat iste manuteneri in omnibus actibus jurisdictionibus Archi-Episcopaliis, nec oblitus non-usus jurisdictionis Archi-Episcopalis, nec negligientia Archi-Episcopi posset prejudicare Ecclesie; & adeo, ut vel unicus actus Archi-Episcopalis, v. g. appellari oportet, probet universalitatem juris, &c.

ROTA post Tamburin de Jure Abbatarum, Decr. 56.

BARBOSA f. E. U. L. 1. C. 7. n. 15.

Card. PETRA ad Confit. III. Pii II. n. 24. 25.

Imo Ipsi S. D. N. Tom. II. Bullarum. Confit. XXXIII. pag. 276.

§. 48. Accedunt Instrumenta liquida roties ab Abbatibus agnita, & Principum Fuldensum Epistole, quae finè dubio paratam executionem merentur, & onus probandi in adversarium devolvunt; cùm haec omnia plenis verbis jus Metropoliticum Moguntinum afferant, de quibus infra (§. 92. seqq.).

§. 49. Fortius: nullus ex Abbatibus Fuldensibus adhucdum ausus est negare Jus Metropoliticum Moguntinum; sed disertis verbis, factisque illud agnoverunt omnes, adeoque eò minus probato Sedi Metropolitica imponi potest illius veritas, quæ negata nondum fuit. Imò defacto Celsissimum Princeps Fuldenus nullo modo negavit Jus Metropoliticum Moguntinum, nec suis literis, quibus erectionem Episcopatus Fuldenis infuavit Eminentissimo Celsissimo Archi-Episcopo Principi Electori Moguntino, vel verbum de exemplo Episcopatu inservit; sed potius declarat, se mentem Sanctissimi Domini Nostri hâc super re nondum asselcurum esse, qua revera nec ex erectionis Bulla clare innoteat.

§. 50. Igitur nil hic probandum, sed tantum iis respondendum est, quæ literis ex Urbe Moguntiana delatis insinuata sunt, de Sede Episcopali Fuldeni à Metropolitico juribus EX EMPITA, aut in vulgus sparguntur vivâ voce, vel planè novellis publicis inferuntur, ab initianibus juri Metropolitico Moguntino; sed vel ideo solum respondendum, ne, prout haec tenus constuevit, Fulda conniventer Moguntina Metropolis altius proserpat; & ne Bullæ erectionis Episcopatus Fuldenis sensu forte affingatur, à sapientissimo Pontifice non intentus. Trestantum sunt contra ius in Fulda Metropoliticum Moguntinum objectiones, quæ innoverunt hucusque.

PRIMA OBJECTIO.

§. 51. Monasterium Fuldense ab ipso S. Bonifacio, Archi-Episcopo Moguntino, commendatum esse immediate protectioni Summorum Pontificum; adeoque exemplum esse; ac licet sit in Provincia Moguntina, non tamen esse de Provincia.

R E S P O N S I O.

§. 52. Licet manifestum æquivocum in hac, non tam objectione, quam insufficiente prorsus assertione contineatur, ut magis tamen paret veritas, inviri cogimur, quedam ex rerum gestarum historia proferre. S. BONIFACII verba de suo Fuldensi Monasterio, quæ Sanctus ille scribit Zacharie,

apud OTHLONUM in vno Bonifaci, I. 11. Cap. XIIII.

Est præterea locus sybaritus in eremo vastissima solitudinis, in medio nationum prædicationis nostra, in quo Monasterium confluente, Monachos constitutimus sub Regula S. Patris Benedicti viventes, viros strictè abstinentes, absque carne & vino, absque ficerâ & servis, proprio manuum suarum labore contentos; hunc locum supradictum per viros religiosos, & DEum tinerentes, maximè Carolomannum, Principem quandam Francorum, post labore acquisitum, & in honore S. Salvatoris dedicavimus, in quo loco cum consensu pietatis vestrae propulsâ aliquantum, vel paucis diebus, festum senectute corpus requiecedo, rursum vestrae propulsâ aliquantum, vel paucis diebus, festum senectute corpus requiecedo, ut euere, & post mortem jaceere. Quatuor enim populi, quibus verbum Christi per gratiam DEi diximus, in cuius loci hiis habitate dignoscuntur, quibus cum vestra intercessione, quando vivo, vel sapio, utilis esse possum; cupio enim vestris orationibus comitate gratia DEi in familiariatu Romane Ecclesie, & vestro servitio inter Germanicas Gentes, ad quas missus fui, perseverare, & præcepto vestro obedire.

§. 53. His responder Zacharias, Summus Pontifex,

C. 14. seqq. apud OTHLONUM:

Igitur & hoc petitis, ut Monasterium in vastissima solitudine, & in medio gentium, quibus predicas, constitutum, & te fundatum, atque in honore Salvatoris DEi nostri dedicatum, ubi etiam & Monachos sub Regula S. Benedicti degere ordinamus, illud venerabile Monasterium nomi tuo, privilegio Sedis Apostolica munire deberemus, quod votis tuis acquiescentes ordinavimus, justa desiderium & petitionem tuam; congruit enim Divini mysterii prædicatore, opimiumque ministerium, ad desiderare pertinere.

Protesto nec ibi verbulū vel de solo passiva Monachorum Fuldensum exemptione, multo minore de Jurisdictione Episcopali, ipsi Bonifacio, ejusque successoribus admitta. Locus, de quo agebatur, tunc quatuor millium passuum erat, in deserto Buchonia, ubi Monachi proprio manuum labore viam parabant, nec servos habebant, multo minus Diœcesin vel quasi. Totum, quod petitis, & obtinuit S. Bonifacius, id erat: ut suum maneat Monasterium, ut festum senectute corpus illuc licet requiecedo recuperare, & ibi post mortem jaceere. Protectorum solum obtinebatur à Zacharia, ne Fuldense Monasterium pro more secularium istorum à Regibus aut Episcopis in feodium, vel, ut in quibusdam hodie Regionibus contingit, in Commendam alii darentur, sed, ut nomine Bonifaci munitum maneret. Et quidquid demum attulero Fuldenes, vel SCHANNATUS, illorum Scriptor de S. Bonifacio, nil nisi protectorum tale sonat, non exemptionem

ab Episcopo, minus exemptum à Metropolitanano quasi Episcopatum. Non enim tantum clare decidit,

in Cap. 18. de Privilegiis INNOCENTIUS III, sed insuper Sanctissimus & Doctissimus Pontifex

BENEDICTUS XIV.

Tom. II. Bullarii, Confisi. XL. fol. 346. in Causa Spirensi Capituli Odenheimensis vel Bruchsalienensis.
Formulas illas sub B. Petri, & Apostolicae Sedis Protectione ne quidem exemptionem à jurisdictione Episcopi passivam importare. Nil igitur in summa & Successorum suorum Moguntinorum Prejudicium petit S. Bonifacius, vel obtinuit, nequidem exemptionem passivam.

§. 54. Sed attulerunt tamen Fuldenes chartam Zacharie P. in hac verba:

Omnem cuiuslibet Ecclesie Sacerdotem in prefato Monasterio ditionem quamlibet habere, aut auctoritatem, præter Sedem Apostolicam, probatum, ita, ut, nisi ab Abbatे ad Monasterium fuerit invitatus, nec Missarum ibidem solemnitatem quispiam praesumat omnino celebrare.

§. 55. Chartam hanc, sicut & alias eō se referentes Pipini, R. Francorum &c. speciali tractatu critico

in SCHANNATI Diocesis Fuld.

suppositionis arguitur propter; si non superior SCHANNATO, JO. GEORGIUS AB ECKHARD. hanc ipsam chartam à SCHANNATO editam recentioris aevi stylum sapere, agnoscit eruditus compilator novi Bulliarum Roman.

CAROLUS COQUELINES, in notis ad Bullam V. Zacharie Papae, Tom. I. Edit. Rom. 1739.

nec assentit aliorum impartialium carer ECCARDUS.

vid. JO. HENRICI à FALCKENSTEIN Chronicon Thuring. Lib. 2. fol. 179.

Item dirimendam judicio virorum criticis peritorum nos submittimus; sed profecto, si res judicialiter terminanda forer, inquirendum esset in argumenta, que Rota in veteri Lite Fuldeni nondum vidit, ab ECKHARDO aliisque prolat. Tunc quoque consideranda forent illa rerum experit.

PETRI BLESSENSIS, Epist. 68. & S. D. N. Tom. II. Bullarii, Confisi. XL. pag. 340.
laudata verba: *Faliorum præfigiosa malitia ita in Episcoporum contumeliam se armavit, ut falsitas in omnium feri Monasteriorum exemptione prævaleat, nisi in decimationibus & examinationibus facientis. Iudex veritatis exactione dubitissimum intercedat.* Id falso incredibile prout videtur: S. Bonifacium in ipsum etiam Monasterium tuac jurisdictionem suam, & successorum Archi-Episcoporum Moguntinorum abdicasse, ita, ut S. Bonifacius ejusque successores licetiam petere deberent, Fuldae vel Missarum celebriter ab Abbatibus; verba igitur: *Omnem cuiuslibet Ecclesie Sacerdotem, intelligantur, per nos licet, de quoquaextero, non samen de Bonifacio, ejusque successoribus: falso sic illa verba non intellexerunt proximus S. Bonifacii successor S. Lullus, qui fabricum Monasterii complevis, ac finē dubio ibi Missarum solemnia celebravit; aliquis Archi-Episcopi Moguntini, quod ipse cum convitiis in sanctos viros profusus fatetur SCHANNATUS, conquerens, quod & de temporalibus Monasterii rebus disponere voluerint Archi-Episcopi Moguntini, atque haec, ad enervandam objectionem, licet ad rem non facientem, aducere oportuit.*

§. 56. Porro satis constat ipsis sententiis S. Rota Romanae: Jurisdictionem quasi Episcopalem quondam Abbatibus Fuldenibus, five exemptionem actiā natīvā non competit, nec stetit bonum jus Abbatis Fuldae in privilegiis postea concessis, five in exemptione actiā dativo :

In primis declararunt Domini, quod potissimum, & principale motivum, in quo fundatur bonum Jus Abbatis Fuldae, ad effectum manutinentur, non stetit in Privilegio Papae Zacharie, aliquique per Successores Pontifices Abbatibus Fulde indulxit, de quibus late actum est in tribus causa decimationibus, cum pro conforto haberint, corundem præfigiorum verba, & formulas juxta rigorem litterarum importantiam, solam præ se ferre posse exemptionem passivam Monasterii, Monachorum, & suorum honorum acquisitorum, & acquirendorum, a potestate, jurisdictione ac subjectione Episcoporum, & non exemptionem actiā, seu jurisdictionem in populum & Clerum, cum prærogativa Territorii separati, dum in nullo ex memoratis privilegiis facta clara, & expressa mentio jurisdictionis super Clerum & populum, cum omnimoda exclusione Episcopi, priori requiratur ad effectum, ut dicatur concessa Prelatis inferioribus jurisdictione ordinaria quasi Episcopalis, cum territorio separato, & qualitate nullius; ita ut, quatenus Abbas Fuldensis nullum alium obtinueret fundamentum, nisi illud coniugex ex simplici, ac nudo tenore, literalique importanta predicatorum præfigiorum, illius prætentio gaudendi exemptione actiā seu jurisdictione, cum Territorio separato, Canonice ratione definita maneret.

ROTA 20. Novemb. 1705. coram MOLINES.

& jam ante

Decis. 16. Febr. 1703. & 25. April. 1705. coram Eodem.

Quam ipsam sententiam, prime Instinctus definitivam confirmavit solidissimā decisione

ROTA 1. Junii 1705. coram ANSALDO.

nec ex nativa, sed ex præscripta exemptione fluxit, mirum variantibus licet, & confusis votis decisio

ROTA 2. Junii 1710. coram eod. ANSALDO.

qui infiniti rursus, nativam exemptionem rejiciens decisio

ROTA 15. Junii 1711. coram CAFFARELLO.

demum ultimō emanata decisio

ROTA 15. April. 1712. coram PRIOLO

ex sola pariter præscriptione 40 annorum proflaxit, seu legentibus vel solam ultimam definitivam Sententiam, ejusque verba: *definitivē sententiamanu ad formam Decisionis, super præscriptivas*

CVRANS

coram supradicto b. m. R. P. CAFFARELLO sub die XV. Junii proxime præteriti emanatae bene
fuisse & esse pronunciatum est.

§. 57. Quod plus est, post omnes has Rotales Sententias Doctissimus P. M. BENE-
DICTVS XIV. in sapientissimis suis Constitutionibus sat clare menrem suam, hac super
causa Fuldenſi, Sanctitati Suae aliquo notissimam, aperuit, dum

TOM. I. BULLARI, Confit. LXXXVI.

eruditæ ac solidissime deducit: (a) Nequidem illa verba *jurisdictionis, libertatis, exemptionis &c.* Prelatis inferioribus jurisdictionem quasi Episcopalem tribuere in Clerum ac populum, sed tantum exemptionem passim. §. 6. 7. (b) Tempore Alexandri III. (scilicet ab anno 1159.) eximi Apofolica Autoritate confusive Monasteria ab Episcoporum jurisdictione, ut Monasticæ quieti & tranquillitatem uberioris confusione foret; nulla tamen per id temporis recenseri exempla actiue *Jurisdictionis tributæ Monachis in Cleram & populum.* §. 11. Nec igitur Fuldenſibus à Bonifacio vel Zacharia P. circa annum 750. (c) Verba: *Immediatam subjectionem sancte Romanae Sedi, soli congruere exemptione passim, non autem Juri activo & separatione Territorii.* §. 16. cit. *Confit. S. D. N.* Cūm igitur nec S. D. N. nec S. Rota exemptionem activam, sive nativam, sive dativam agnoscant, sed clare afferant eum in sensum, & de jurisdictione in Clerum & populum, Fuldenſium veteres Chartas accipi non posse, multo profecto minus unquam probare poterunt Fuldenſes, re-centissimam suam jurisdictionem Ecclesiasticam primæ Instantiae jam tempore S. Bonifaci Metro-politano Moguntino non fuisse subordinatam, & multò planè aliter probare debebunt, ditio-nem Fuldensem, statim potoriæ in Provincia Moguntina, non esse de Provincia.

SECUNDA OBJECTIO.

§. 58. Quam movent, in his confitit:

Fuldensem Abbatiam pluribus abbinc seculis in pacifica possessione fuisse immediate de-pendenti à Sold S. Sede, agnovissi Archi - Episcopos Moguntinos hanc exemptionem, je non immixtæ litigii, quæ Fuldenſi fuit cum Herbipolensi Ecclesia, sed Fulda adhuc ille-potius, obmutuisse à Concordiam jam anno 1722. Herbipolim inter & Fuldam in-tam, adeoque Fuldam in Episcopatum erectam retinere posse, & debere, quod jam ante babuerat, scilicet exemptionem à Metropolitano.

RESPONSI O.

§. 59. Tria hic distinguenda sunt, toto Cœlo discrepantia: 1mo, ipsum quoad Regularia ac Regulares personas Monasterium Fuldense, ejusque disciplina Regularis. 2do, Clerus etiam secularis, populisque diuinis temporis Fuldenſis, & jurisdictio Ecclesiastica in eundem Clerum & populum in prima Instantia. 3to, Jurisdictio Ecclesiastica in eundem Clerum & populum ter-rarum Fuldenſium in secunda Instantia, ac jus Merropoliticum cum annexis.

§. 60. Quantum ad Monasterium Fuldense, quoad personas & disciplinam Regularem, verum est, illud jam à Saeculis exemplum fuisse à jurisdictione Episcoporum, & Soli Romano Pontifici subiectum, sicut alia Monasteria minorum Gentium exempta; sed ex eo nequidem se-qui jurisdictionem in Clerum & populum, decidit modernus S. Pontifex (§. 57.)

§. 61. Quantum ad jurisdictionem Ecclesiasticam primæ Instantiae in Clerum & popu-lum, nunquam adhuc in quaestione deducuntur fuit, an illa Metropolitano non sit subordinata, sed prout sepe dictum, lis solū fuit Herbipolenses inter & Fuldenſes, super quadam loca di-tionis Fuldenſis, cis amnen Fuldam Franconiam versus: an eadem in prima Instantia vel Herbipolensis Episcopo, vel Fuldenſi deberetur Abbatem? Aliud objectum Litis non fuit, sicut notoriè constat, plus Juris non petiit Herbipolis, plus Juris non afferuit nec defendit Fulda.

vid. ROTA 28. Junii 1700. in causa nullius seu Fuldenſi, coram DE LA TREMOILLE,

§. in quam Sententiam.

Hac in lite demum finaliter, ac iterato decisum fuit, neutiquam Jurisdictionem Ecclesiasticam, vel quasi Episcopalem, compatiisse monasterio Fuldenſi, suo jam ab ortu, nec Pontificum & Imperatorum Priviliegia, aliaque Documenta quecumque à Fuldenſibus prolatâ, de se victoriā cause Fuldenſis præbere, sed valere tantum ad colvandam possessionem, (§. 56.) ex soli tandem misera-bili quadragesima annorum præscriptione, (ignorant nobis hanc vocem miserabilis Fuldenſis, quæ modernus S. D. BENEDICTUS XIV. tunc Consistorialis Advocatus ipfem ulius est 29. Aug. 1714. in Exhibitu quadam coram Congreg. Particul. in hac ipsa caula deputata) ex sola, inquam, haec præscriptione jurisdictionem illam Ecclesiasticam adjudicandam Fuldae, lita tamē non finita, nec audiēta ulteriori Herbipolensibus denegari. Palam vero constat Curia Ro-mana, sapientissima. Dicasteria vix non decisioni hujus penitusuisse, cum postea, cetera supra narravimus, (§. 17. 18.) definitum, statutumque sit, per solam quadragesima annorum præscriptionem neutiquam præscribi posse à Monachis, corumque Abbatis, talem jurisdictionem quasi Episco-palem, rei hujus motore præcipuo ipsorum Sanctissimo Domino Nostro BENE-DICTO XIV. tunc alterius Congregationis particularis deputata Secretario; qui pariter ex Cathedra loquens, quæ supremus Conditor Canonum, idipsum constituit

TOM. I. BULLARI, Confit. XXXVI. §. 3.

TOM. II. Confit. XXXIII. pag. 276.

§. 62. Verum est ulterius, pro ea, quæ semper Fuldam dilexit, benignitate, Moguntiam Sedem nec revindicasse jus suum Diocesanum, & primæ Instantiae jurisdictionem, in locis Fuldenſis regionis, trans amnen Fuldam Thuringiam & Haffiam versus, sed porū reliquis Fuldenſibus Abbatis, & nouissime Moguntiam, licet Legato missa, literisque interpellatam, affi-re Herbipolensibus, & causam in Curia Romana communem contra Fuldam fulcire, sed que-tam litis exitum ac finalē, quæ nec est hodie prolatæ, sententiam exp̄spectare voluisse.

§. 63. Verum est pariter: Moguntiam protexisse Fuldenes Abbates, dum temporalibus de causis ad Heribopolensibus olim, aliisque impotenterunt: in quo dispuicisse Moguntiae, quod Heribopolis transactiōnem solennem de A. 1662. impugnare, & sive dictam item de jurisdictione Ecclesiastica prime Instantiae instaurare vellere cum Fuldenibus, & cum Abbates Fuldenes suos Archi-Episcopos Moguntinos pariter pro assistentia iteratis vicibus tunc contra Heribopolim implorarent, favisse Moguntinos Archi-Episcopos Fuldenibus magis, quam Heribopolibus.

§. 64. Denique verum est: Moguntiam silentio praetermittere voluisse Tractatus Heribopolim inter & Fuldam anno 1722. haec super re habitos, quibus renovabatur transactione de A. 1662. haec, inquam, omnia vera sunt; sed nihil inde ad rem praesentem, ad quasi Episcopatum Fuldensem, iuribus Metropoliticis Moguntinis eripendum, ad Archi-Episcopales notas characteristicas Heribopolensi Episcopo concedendas: propterea profecto bonis, iuribusque cunctis non cessit Sedes Metropolitica Moguntina, aut deseruit vel pro derelicto habuit, quod non ligaret, prout litigabat tanto cum sumptuum dispendio Heribopolis.

§. 65. Sed Archivii Moguntini documentis constat, nil finè prudentissimo consilio his omnibus in rebus ac temporibus gessum aut omissum fuisse. Ac ut silentii, quod mysteriosum visum est, & omnium iurium Moguntinorum dissipatio nunc videtur, rationes afferamus, has oculis Universi subiiciimus: 1mo. Favit perpetuis temporibus Fulda Moguntia, quod filiam ex finu prognata amaret, quod beneficiorum memorem speraret.

§. 66. 2do. Hinc solius DEI Glorie ac animarum salutis intenta, optansque, ut omnis populus prophetaret, connivebat, dum à Lutheri & Calvini tempore Abbates Fuldenes in locis Thuringiam versus, temporali Monasterii dominis subiecti, Moguntina licet Diocesis, ea agerent, quae pro religione Catholica pii tunc agebant Abbates. Haec movendi ratio rursus Archivii monumentis constat.

§. 67. 3to. Cum deinde sensim finè sensu hisce actibus jurisdictionem quasi Episcopalem, prime Instantiae stabilirent Fuldenes, obviandum fuisse comitibus; sed & tunc nimis in benigna erga Fuldenes fuit Moguntia, variis jurisdictionis Fuldenis actus dissimulavit, Consistorio Fuldeni noviter erecto non contradixit, pauperibus Fuldenibus subditis primam Instantiam modicis sumptibus subeundam non invidit, ac solis appellationibus inde ad suum Judicium Metropoliticum introductio contenta fuit.

§. 68. 4to. In quo Fuldenes possessionis sitae solidum tirulum haberent, per Transactionem solennem de anno 1662. illis eandem Jurisdictionem quasi Episcopalem reliquit amore pacis, pacem ipsam conciliando. (§. 9.)

§. 69. 5to. Transactione hac impletâ ab omnibus contrahentibus, agnito perpetuum à quovis Abate Metropolitano, ejusque Jure Metropolitico, & ad ejus Sedem appellationibus falsis, cum circa A. 1688: ab Episcopo Principe Heribopolensi incitaretur ad rumpendam concordiam Archi-Episcopus Moguntinus, nil magis cordi habuit, quam fidem federe publico datam servare, & precibus justis iteratisque Fuldenis ad se Abbatis eature annuere, permittere vero Heriboli, res, quas veller, suas peragere. Haec repetebat jurisdictionem prime Instantiae Diocestanam in loca quandam Diocestanam sua. Tuebarum eandem prima Instantiae jurisdictionem in eadem Fulda, falsis Metropoliticis iuribus & appellationibus. Perinde fuit Moguntia, vinceret, an vinceretur Heribopolis, vel Fulda, salvum semper in illis locis Metropoliticis iuri & Moguntianis versus appellatio erat, & quantum ad loca Fuldensia, Diocesi quoniam Moguntina subiecta, cessum jurisdictionem Fuldenibus non invidebat, namquam litis cypida, & temper fidei data tenax, modo Juris Metropolitici secura foret.

§. 70. 6to. Dum vero paucis post annis agenti Heribpoli transactione hujus solius Ecclesie cum Fuldeni reciderentur à Rota, tunc quoque filii Archi-Episcopus Moguntinus, quod rescissa non esset transactione Ecclesie Moguntina cum Fuldeni, ceu paulo post apparebit quam evidenter. (§. 83. seqq.)

§. 71. 7mo. Et dum porrò sub Saeculi hujus initium conflicitarentur praedictæ partes, ac victoriari clargiretur Rota, bellum aleam eminus propiciebat quieta Moguntia, tunc sicut semper gravioribus diftenti negotiis, ac exercitus Gallico Germanico vicina, vel planè circumcincta, rebus tamen suis, ut Archivia docent, hoc in tempore attentissima, iuri sui Metropolitici certa, perinde habebat, five loca cis annem Fuldam ex Heribopolensi, five deum ex Fuldeni Confitorio Ecclesiastico Metropolitano Moguntinum venerarentur.

§. 72. Et dum denique Tractatus pacifici haberentur 1722, tum quoque quietè rem aspere portauit Moguntia, partim quid nihil amplius Fulda concederetur illo pacto, quam quod concessum fuerat per Concordiam 1662. Moguntini Archi-Episcopi consensu ac mediatione instantia & subfidentem adhuc Moguntium inter & Fuldam: nec enim profecto Episcopus Heribopolensis, Joannes Philippus Franciscus à Schönborn, Electoris Moguntini nepos consanguineus, & Metropolitanae Moguntinae Ecclesiae Praepositus, Ius Metropoliticum Moguntinum pessimum dare tum vel volebat, vel poterat, privatis de suo Jure Heribopolensi Tractatus habitis; partim, & potissimum, quod eademmet transactione de anno 1722. per expressa verba Summi Pontificis Confirmatio præservaretur, ante vero subfecutam illam, nec in ipsorum contrahentium præjudicium allegari deberet, multò minus tertii, Ecclesiarum ambarum Metropolitani; & interim bene sciret Moguntia, Heribopolenses nequitcum illis Tractatus Anno 1722. fuisse contentos, strepitus novos exortos, adeoque confirmationem illam Pontificiam non subsecutam, nec subfecuram, prout revera non illa, sed ante paucos menses nova Transactione 1. Octobr. A. 1722. confirmata fuit. Quid, quod ipsemer, qui Reverendissimo & Celsissimo D. Episcopo Heribopolensi Pallium imposuit, publica nuper allocutione in facie Ecclesie, & dein typis notum fecerit:

fecerit: hanc anno 1722. tentacum Concordiam boneam non fuisse, sed solam illam novissimam.
 §. 73. Porro nec hoc dissimulamus: eatenus filiisse, & fuisse Moguntiam Fuldenibus, ut dum Abbas Fuldensis per humaniter Eminentissimum Electorem Moguntinum conveniret, ac de novo Suffraganeo Fuldeni constitueret, qui esset ab obsequio Abbatis, Metropolitani consensum expeteret, pariter in hoc consenserit Archi-Episcopus, tum ex sua in S. Sedem reverentia, tum in Fuldam benevolentia, in memoriam tantum Abbati Fuldensi Moguntiae praesenti revocans illam prædecessoris Joannis Philippi cum Fulda concordiam, fide rursum Archivii Moguntini, ita planè, ut primum Fulda Episcopum in partibus & Suffraganeum Ao. 1727 in Urbe sua Metropoli, ac secundum modernum Reverendissimum Dominum Abbatem Fuldensem, affidente suo Moguntino per Thuringiam Suffraganeo, consecrari pateretur. Jam tunc Moguntia vel in ipso Canonici Juris Corpore prostant illa

S. GREGORII M. in Epist. 18. lib. 7.

vel PASCHALIS P. ut inscribuntur, in Cap. 18. XVIII. q. 2.

verba: *Abbatis, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano . . . sunt, nullus Episcoporum Episcopalia quelibet administraret; cum enim se nulli Episcopo omnino subesse proficerent, consequens est, ut nullus Episcoporum, que sua sunt, eis tanquam extraneis largiatur.* Et tamen Moguntia tam benigna Fuldenibus, non tantum, tunc litis Heribopolensis tempore, hoc Episcopo etiam conquerente, Pontificia administraverat Fuldenibus, sed nunc quoque, licet

TRIDENT. Sess. XIV. cap. 2. de reform. reformatio S. D. N. Tom. II. Bullar. pag. 304.

prohibeat, Episcopos Titularibus confidere in locis *Nullius*, berigine in Episcopum titularem, qui esset ab obsequio Abbatis, primo fortassis in Ecclesia exemplo, consensit, non sperans profecto, hoc in argumentum frivilorum amissi juris Metropolitici fore afflendum.

§. 74. En rationes Moguntiae in Fuldam benevolentie; sed ex hinc omnibus nec obtorto collo inferri potest: verbis illis factisque Moguntiam renuntiassé juri suo Metropolitano in regionem Fuldensem à milie annis retento, solemnissem, frequentissimè à Fuldenibus agnito. Nec profectò tantorum iurium jactatio & derelictio unquam presumenda, & siu etiam, quod nunquam contigit, disertissimi verbis quispiam Archi-Episcopus his iuribus contra iuramentum Ecclesie sua factum renuntiasset, hoc factum ipsò jure nullum, vel innumeris falso exceptionibus obnoxium evidenter foret. Ruit igitur objectio tota ex Moguntinorum Archi-Prefulm benignitate desumpta.

§. 75. Sed si res accuratis adhuc examinetur, nullum contra jus Metropoliticum Moguntinum argumentum ex sola conniventia aut silentio Sedis Metropoliticae Moguntinae defum potest, positiū actus Fuldensium prescriptivi requirentur. Coacervavit Fuldensis Abbatia in sua cum Heriboli Lite, quidquid vel umbram jurisdictionis quasi Episcopalis, ab Abbatis quondam exercita, sapiebat, sed nec minimum actum tunc atrulit, vel afferre potuit, quia docebat, suam prime instantie jurisdictionem Ecclesiasticam melioris esse conditionis Heribolensi, id est, Metropolitano non subordinatum. Talis certè actus possefitorius grandiusculis literis typis impressus fuisse. Abbas omni rerum apparatu id solum obtinuit contra Heribolim solam, ut S. Rotæ Auditores benigne faverent miserabili solitariae quadraginta annorum prescriptio primæ instantie quasi Episcopalis jurisdictionis, cui colore ex insufficientibus de se privilegiis quefiverunt.

§. 76. Hæc verò contra Heribolim prescriptio noriori non tangit iura Metropolitica; prescripti juxta sententiam Rotæ Fulda contra Heribolim primam Instantiam, acquisivit itaque, quod Heribolus habuit, successit in Heribolensi Episcopi vices; sicut ergo hic Episcopus Metropolitanus semper agnovit, quod omnia loca Heribolensis, sic & indignum non repeter Fulda, Metropolitanum suum Moguntinum, prout semper, sic & nunc agnoscere, & revereri.

§. 77. Quid ad possessionem Exempti quasi Episcopatus requiratur, non est, ut hic suggestatur: scilicet non sufficere possessionem qualisque exercitii jurisdictionis, sed exclusivam require Metropolitani, & quidem in causis ad Metropolitanum pertinentibus, requiri contradictionem iurium ac minime, & acquisientiam Metropolitanam: nunquam verò Fulda juri Metropolitanico Moguntino in hodiernum diem contradicere fuit ausa; & si contradixisset, nunquam acquisivit Moguntia: nihil contra Metropolitanum suum, quæ talen, possedit, nihil ergo prescribit; quantum enim possefitor, tantum prescriptum.

§. 78. Sin nec unicus actus possefitorius debitis suis qualitatibus munitus ostendi valeat, nec probari poterit vel decem annorum prescriptio contra jus Metropolitanum, minus quadragena, que tamen non valeret, cum requiratur aut immemorialis, aut clarum & undeque subfiftens privilegium Apostolicum (§. 18.), quale in Archivio suo, nec SCHANNATÒ lucernam accendeat, invenient Fuldenses, cum omnia à Fuldenibus producta contra Heribolim diplomata & privilegia à S. Rotæ Romana post diligenterissimam cause investigationem neurquam pro claris fuerint agnita, sed pro dubiis, que prescriptio foliis prima Instantie tantum colorem afferrent (§. 56.); his igitur tam necessariis prescriptio requisitis prorsus & noriori deficiensibus, superfluum esset, de præclarâ Fuldensum bona fide, quam in hac prescriptione habuissent, vel verbum dicere: hauserint scilicet illam ex tot agnitionibus juris Metropolitanici Moguntini antiquis ac recentibus, & in Archivio suo, & coram oculis versantibus.

§. 79. Cum itaque lis Heribolim inter & Fuldam Moguntinam Metropolitanum non attinet, nec victoria causa juri Metropolitanico prejudicarer, adeoque silentium hoc litis tempore Metropolitanum nocere non potuerit multo minus Archi-Episcopi Moguntini consensus in Suffraganeum Fulensem, qui esset ab obsequio Abbatis, aut conniventia, tempore tractatum de A. 1722, quibus ipsæ partes non ligabantur, non subsecuta confirmatione S. Sedis, nec contentae fuerant. Cùm insuper Fulda nullum actum possefitorium contra Metropolitanum quæ talen allega-

allegare possit, adeoque nec contra illum in minimo prescriberit, aut prescribere potuerit; hinc rursum frivola est secunda obiectio.

TER TIA O B J E C T I O .

s. 80. Terrio loco obiectur:

Malè se fundare Eminentissimum Electorem Moguntinum in Transactione de anno 1662, in hac nominatum esse Archi-Episcopum, eo quod simul Episcopus esset Heribopolensis; notas verò causas, ob quas rescissa sit hæc Concordia, quin à 90. annis reclamaverint Archi-Episcopi Moguntini.

formalia:

Se poi volesse intendere una Concordia più antica del 1662, in tanto l' Arcivescovo di Magonza vi si vede nominato, perche era insieme Vescovo d'Erlipoli, è uno noto ad ognuno i motivi, per i quali fu annullata, senz'a che mai li Signori Elettori di Magonza da 90. anni, in qua abbiano reclamato.

R E S P O N S I O .

s. 81. Hic in solum Exemplar transactionis de anno 1662. ex authentico descriptum, convertendus est vultus, ac illa verba dispositiva fugitivis tantum oculis percurrenda: *Item Nos, Abbas & Princeps Fuldenſis, . . . declaramus, quatenus jurisdictione quasi Episcopalis, ab Archi-Episcopo & Eleto de Moguntino, uti etiam ab Episcopo Heribopolensi Nobis reliqua . . . constitutimus, ut predicto casu hæc transactione neque Archi-Episcopo Moguntino, neque Episcopo Heribopolensi cedat in praedictum, nec illi haec teneatur, sed juxta suum Episcopale plenariè tunc manutendit, & libere exercendi potestatem habeant. Quemadmodum etiam Nos, Joannes Philippus, uti Archi-Episcopus Moguntinus, & Nos, Joannes Philippus, uti Episcopus Heribopolensis, hoc insperato casu, Nobis iura Novifera & potestatem per expressum referamus. Item Abbatess Fuldenſis Neo-Electi tenentur, id ipsum semper Nobis, Electori Moguntino, ut mediatori, & absque eo Provincie Moguntine Metropolitano, cum etiam Nobis, Episcopo Heribopolensi, per literas notificare, atque insuper confirmationem remissi juris quasi Episcopalis, & actualium (ubi necessitas exigit) manutinentiam ab usdem petere. Quo facto, Nos, Archi-Episcopus Moguntinus, & Nos, Episcopus Heribopolensis, pro Nobis, Successoribus, & Diocesibus Novifris, tenore praesentium constituiimus, & pollicemur, quatenus vigore busius Concordie Nostræ ad ita petitem a sua Dilectione Fuldenſis confirmationem jurisdictionis quasi Episcopalis eidem concesserit, absque ullis quidem impensis, vel taxis, cuiusdam pensione impertendam, nec non ad praestandum re ipsa manutinentiam casu eveniente, pariter obligari & obligati esse debeamus & velimmo. Prescribitur ulterius forma literarum Fuldenſium ad ambos, Archi-Episcopum Moguntinum, & Episcopum Heribopolensem, & responſio ab ambobus ad Fuldenſem. Stipulatur porro Joannes Philippus quid Archi-Episcopus Moguntinus pro Successoribus Moguntinis, & idem Joannes Philippus quid Episcopus Heribopolensis pro Successoribus Heribopolensibus, & in utraque qualitate se subſcribere dicit. Denique vel sola sunt apſcienda trium Capitulorum, Moguntini, Heribopolensis & Fuldenſis appensa ſigilla, ut quiscumque lector vel clavis oculis videat. Moguntinum Archi-Episcopum in hoc publico fecdere non ideo nominatum eſſe, eo quod ſimil eſſet Episcopus Heribopolensis, fed dicere pariter, eo quod eſſet Archi-Episcopus Moguntinus. Cum verò hæc federis publici verba, ſigillaque tam clarè loquuntur, hic placet silendum eſt; cohiberi tamen non poſſunt amara, fed juſtiſiue querelæ, quid tam palpabiles falſitatis obtrudantur Curia Romane, quibus ſi convivendum eſſet, nullus ultra montes juriū Ecclesiasticorum ſuorum quietus foret & ſecurus Postleffor.*

s. 82. Porro quod ad præteriā Transactionis hujus reſcificationem, & acquiescentiam Moguntinorum Archi-Episcoporum per 90. annos attinet, Transactione fuit inita Anno 1662. adeoque 90. abhinc annis; non reclamavit contra Transactionem Moguntia, nec hodie reclamat, quia didicit fidem datam servare, nec confessionem propriam revocat, ſicut incſum hodie Fulda, vel eius affſecit; ait Transactione Heribopolensis Ecclesiæ cum Fulda reſcissa fuit ante annos tantum 60. ſcilicet anno 1692. neque reclamavit contra hanc reſcificationem Moguntia, ex ratione ſuperius allata, (§. 70.) quia hæc reſcissio nihil ad ſe pertinebat; ut verò rerum ſeries, & reſcificationis ratio propius innoteſat, hinc ipſam Rotæ Decisionem ſub Nro. XIII. apponimus.

s. 83. Indagandum porro, quis reſcindi petierit, quid reſcissum fit, & cur eſt? Tranſegerat Heribopolis cum Fulda, ſed Fulda maximè invita & renente; poſt quatuor Episcoporum obitum reſcificatione urget & impetrat Heribopolensis Episcopus. Tranſegerat & Moguntia (qua pares cum Heribopolis in loca Fuldenſia, Thuringiam versus, preſtitiones formare poterat) cum Fulda, ſed nec Moguntia, nec Fulda de reſcissione cogitant. Econtraario Fuldenſis Abbas iteratō rogar eam ſervari, confirmationem de novo petit & impetrat a Moguntino. Episcopus Heribopolensis ſolus reſcissionem obtinet transactionis cum ſua Ecclesiæ initia, & reſtitutionem juris ceſſi petit; ceſſerat verò, vel reliquerat Abbati Fuldenſi jurisdictionem Diocesanam primæ Inſtitutio in locis cis ammen Fulda Metropolitano ſubordinatam, & plus nihil, hac reſcissione recuperare intendit.

s. 84. Caufæ reſcissionis in ipſa Decisione Rotæ exprefſae erant due: quid in predicta transactione, tanquam jurisdictionis alienatione, defuerit beneplacitum Apostolicum, ad alienationem rerum & juriū Ecclesiasticorum neceſſarium; & quid non adfuerit iusta cauſa, ſive neceſſitas, vel evidens utilitas Ecclesiæ Heribopolensis, abdicandi omnem jurisdictionem Diocesanam in diotionem Fuldenſem, eamque relinquendi Abbati. Fulda nihil alienaverat, ſed à Sede Moguntina ac Heribopolensi alienatam jurisdictionem aquifiverat; in Fulda igitur

igitur commodum per rerum naturam non poterat esse rescissa transactio, nec causae rescissionis ad Fuldensem quadraro ullo modo. Quatenus vero Archi-Episcopus Moguntinus pariter transegerat cum Fuldensi Abbatore, illi relinquendo loca Diocesana Moguntina trans amnum Fuldam Thuringiam versus, eatus nequidem transactio praedicta rescissa est. Hanc rescissionem haec duae partes transfigentes, Moguntia & Fulda, non petierunt: non Moguntinus quia Diocesanus, qui propter nec liti Herbipolensi assistere voluit; nec Fuldensis, qui tempore durantis litis instanti instanti manutentiam hujus transactionis ab Eminentissimis Archi-Episcopis Moguntinis, & confirmationem eriam, post rescissam à Rota Romana eandem Concordiam, exoravit & obtinuit.

§. 85. Quantum vero ad jus Metropoliticum Moguntinum in totum Tractum Fuldensem, five trans, five cis amnum Fuldam, certo certius est, circa hoc nihil omnino transactum, multi minus quidquam rescissa esse.

§. 86. Si verum esset, quod asserebat objectio, in hac Concordia non intervenisse Archi-Episcopum Moguntinum quia talem, per se patet, de jure Metropolitanu nil transactum fuisse; de hoc enim in rerum natura nemo quam solus Metropolitanus transigere poterat; sed reapse occurrit in transactione Archi-Episcopus Moguntinus (a) in qualitate Diocesani cedens vel relinquens quedam loca Diocesana olim Moguntina Fuldenibus; (b) in qualitate Archi-Episcopi, quia mediatoris, Concordiam Herbipolim inter & Fuldam conciliantis.

§. 87. At vero transactionis materia non erat, quod tunc dubium & litigiosum non erat. De Jure Metropolitico in totum & integrum Tractum Fuldensem ab Orbe & Fulda conditis dubium nullum fuerat, & nunc primum dubium hominum mentibus post annos mille obtruditur. Jus hoc Metropoliticum in Ecclesia Catholica, sicut in cunctis Diocesibus Provinciae Moguntinae, sic in quali Diocesi Fuldeni Anno 1662, in viridi erat observantia constitutum, non igitur ullius transactionis materies; quod Salvum manebat, hoc per transactionem de novo non concedebatur, nec stipulationum novarum articulus erat.

§. 88. Quod vero iurisdictioni quasi Episcopalis prima Instantiae, quae tum temporis sola litigiosa fuit, non relinquenter Fuldenibus, nisi sub clau'ula: *Salvo tamen Jure Metropolitano, & remedio appellationis ad Metropolitanum Moguntinum*, causa fuit, quod pravideret jam tunc Sapientissimus Archi-Episcopus Elector Moguntinus, Joannes Philippus, quo renderent fortassis olim Fuldenes. Jam exemptum erat illorum monasteriorum, & qualitate nullius coloratum, jama tunc advertebant Germanie Praefules, illud, quod poftea gnaverit depinxit

CARD. PETRA ad Conf. IV. Capituli III. Tom. V. Sec. 3. N. 14.

„Abbas Nullius, dein Sem-Episcopos, ac exemptions penitus ori, in quolibet angulo licet olim in Ecclesia vix repertos, quod nullis illi Abbatibus sumptibus parcerent & finibus, „Episcopi vero & Successores illorum, vel non possent, vel non veulent temper tanto dispensare, „dico siuam iurisdictionem tueri, adeoque facile evenire, ut praetensiones illi & possessores de sa- „go juris Episcopalis, dein jure se poscidere dicerent.

ne igitur id eveniret Moguntia, occasione iurisdictionis quasi Episcopalis prima Instantiae, à Diocesano Moguntino & Herbipolensi Abbatibus Fuldenibus in pacificam possessionem anno 1662. date, exemptionem pariter Cleri & populi Fuldenis à Jure Metropolitico molirentur; congruum erat & opportunum id adjicere: *salvo tamen jure Metropolitico Moguntino & appella- tionibus &c. & cum per transactionis verba praeceptum: fine ullo appellandi jure ad Nos, Episco- pam Herbipolensem, excluderentur appellations Herbipolenses, praevariri debebant appellatio- nes Moguntinae verbis sequentibus: Salvo tamen jure Metropolitico & appellationibus &c.*

§. 89. Cum igitur de Jure Metropolitico, nunquam vel verbo à Fuldenibus Abbatibus contradicto, transaction inita non fuerit, necullo penitus modo inter Metropolitanum Moguntinum, & suum quasi Diocesanum Fuldensem transactio rescissa sit, sine dubio falso est, quod objectio pte se fert.

§. 90. Sed si rescissa foret etiam illa transactione rota quarta, Moguntiam etiam inter & Fuldam, confessio tamen propria Abbatis & Capituli Fuldeni *Salvi juris Metropolitici Moguntini, in viridi observantia constituti, validissimum hujus Juris probacionem efficeret*: sicut olim ipse Abba Fuldenis in lite Romae habita cum Episcopo Herbipolensi, puncto iurisdictionis quasi Episcopalis, anno 1700, rescissam jam ante haec transactionem allegavit pro fe, non quidem amplius in vim transactionis validam, sed in vim confessati, prout firmitat

ROTA in causa nullius seu Fuldeni, iurisdiction. 28. Januarii 1700. coram DE LA TREMOILLE, s. Id agnovit.

per verba formalia:

Quomodo haec Concordia tanquam substituta beneplacito Apostolico invalida declarata fuerit, ideo- que non prejudicet Ecclesie, neque successori, validissimum tamen pra se fert veritatis argumentum, ita ut attendenda veniat, donec contrarium probetur. Adaugit argumentum, quod dicta Concordia celebrata fuerit cum interventu & consensu Cleri Herbipolensis, (idem in prefenti Fuldenis;) unde inseri simile propositum est, ad adeo prajudiciale auctum tot insignes & Ecclesiasticas perso- nas conspirasse.

Nunquid ergo codem jure hodie Metropolitanus non gaudebit? nunquid iisdem verbis loqui non poterit?

§. 91. Quod plus est, si res ipsam inspicatur, apparebit, quod per S. Rotam rescissa transactio de anno 1662, defacto adhuc ipsammet Herbipolim inter & Fuldam vigeat: quidquid anno 1662, hi duo contrahentes ultrro citrope pepigerunt, id vix non verbottenus transactioni de anno 1722, & recentissima de anno 1751, inferuerunt postliminio. Quid ergo equius, quam ut id, quod iustum est unu parti Herbipolensi transfigi, iustum quoque sit alteri cum Fulda transfigenti, scilicet Archi-Episcopo Moguntino, illici sartum rectum maneat, quod transactio

de anno 1662. loquitur, & salvum semper voluerunt amba Ecclesiae, ante, in, & post transactionem: scilicet imo, salvum jus Metropolitanum, & appellations; 2do, recognitio cuiuslibet novi Abbatis, & confirmatio petenda à Moguntino Archi-Episcopo; 3to, dispositio illa in casum, si Fulda deficeret à primae Moguntinorum suorum fundatorum fundatione & intentione.

§. 92. Ut verò, quæ diximus, melius constent, hic (sub Numeris XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX.) apponimus quasdam Abbatis Fuldensis ad Archi-Episcopum Moguntinum & Capitulum Metropolitanum literas, quibus patet constans & perpetua Fulda & Moguntiae voluntas, à transactione de anno 1662. ne latum unguum decadendi.

§. 93. Addimus porro bina epistolarum in Transactione de A. 1662. stipularum exemplaria, unum Abbatis Fuldensis Placidi de anno 1678. ad Archi-Episcopum Elect. Mog. Damiani Hartardum, ejusque responforias (N. XXI. XXII.) ante sententiam Rota Heribopolensis transactionis rescissoriarum, alterum d. d. 2da Iuli 1700. consequenter aliquor post eandem sententiam Rotalem annis, ab Adalberto de Schleiffiras, Abate Fuldensi, ad Eminentissimum Electorem Archi-Episcopum Moguntinum, Lotharium Franciscum de Schönborn, exaratus, ubi Abbas postfridie electionis statim electionem suo Metropolitanu notificat, ac addit:

„ se attendat mente recolere, quatenus Venerabilis ejus Dominus antecessor, Abbas Joachim, „ in anno 1662. cum pariter Eminentissimi Electoris antecessore, Archi-Episcopo Moguntino, „ nec non cum Domino Episcopo Heribopolensi pacifice transegerit, & præter reliqua concor- „ daverit, ut quilibet Princeps & Abbas Fuldensis mox ab electione confirmationem reliet „ hæc transactione Abbatia Fuldensi Jurisdictionis Ecclesiastica . . . petere debeat, eandem „ se confirmationem denud conformiter prædictæ transactioni rogare.“

§. 94. Apponimus & Eminentissimi Electoris præfati responforias eidem transactioni conformes de dato 8. Iulii 1700. ex quibus dubius epistola posterioribus (sub Numeris XXIII. XXIV.) post sententias rescissoriarum Rotaes scriptis nemo non videt, in mentem non venire Moguntinis & Fuldenibus, eam rescissionem Fuldam & Moguntiam attinere, quin si hoc fuisse, renovatum pactum iis in literis contineri nemo diffireretur.

§. 95. Quod plus est, coram ipsa S. Rota Fuldenes confessi sunt semper, se jus Metropoliticum Moguntinum agnoscere. Sic

in Summario suo Jurium coram de la TREMOILLE Anno 1700. Nro. 74. fol. 56.

dum transactione de anno 1662. pro se allegant, ad verba illa: *Salvo Jure Metropolitano & re- medio appellationis, in margine appontit: Praeservatio juris Metropolitici nobis non controversi, Idque rursus aliquot annis post sententias Rotaes transactionis cum Heribopolensibus rescriptis.*

§. 96. Satis igitur prætena rescissio fæpissimè dictæ Concordie, omnésque aliae, quas videbile licuit, objectuclue enervate sunt: ac evidenter ostensum, jus Metropoliticum Moguntinum, prout à mille fui annis, sic deinceps illatum in Fuldensem Clerum ac populum in hunc diem Eminentissimo Archi-Episcopo Moguntino competere.

§. 97. Cùm porro illæ solenes Abbatum Fuldenum literæ, nec non judicialis in Curia Romana confessio, & solemnis illæ Archi-Episcoporum Moguntinorum, corundemque Abbatum, nec non Metropolitani & Abbatialis Capituli transactio Instrumenta sint liquida, quæ paratissimam executionem, & in notoria possessione manutentionem, ac præceptum Judicis contra quoscumque turbantes suæ naturæ proprio Jure Canonico & civili merentur, hinc Ecclesia Metropolitana Moguntina certa spe nititur, fore, ut quilibet lector impartialis agnoscat, Eminentissimum Archi-Episcopum Moguntinum tanquam notorii Juris Metropolitici in Fulda posse, nec manutendum esse.

§. 98. Quantumcunque enim insigne sit Monasterium Fuldense, quæcunque demum bona spiritualia opertum ex erectione talis novi Episcopatus, quam clare nunc etiam per erectionem illam monasticus Ordo efflorescere videatur, quam solida appareat his mediis stabilitas concordia, & quis demum splendor Catholica Religioni puretur accedere: ex iis tamen omnibus non sequitur, uni faciendam gratiam, alteri injuriam, extollendam Abbatiam, deprimentam Ecclesiam Metropolitanam, illam ditandam, hanc juribus suis privandam; que dignitate suæ meritissime suis tam erga Ecclesiam & S. Sedem, quam erga rem publicam & S. R. I. longis parafangis Fuldam antecedit.

§. 99. Igitur non poterit non res manuteneri, ad formam & statum in transactione A. 1662. assertum, & a Fuldenibus Abbatibus agnitorum, scilicet ut salvum sit jus Metropoliticum Moguntinum in Cleru & populū ditionis Fuldensis, & salve appellations ad Curiam hanc Metropolitam, juxta ordinem in Ecclesia Catholica prescriptum, & in Provincia Moguntina in viridi observantia constitutum. Et ut jurisdictione Ecclesiastica primæ Instantiae ab Abate Fuldensi non alter exerceri possit, quam juxta transactionem eandem recognitum, & hucusque observata, ac sicut ab Heribopolensi Episcopo, ad transactionis hujus formam, sic etiam ab Eminentissimo Archi-Episcopo Moguntino juxta eandem à quo novo Abbatie Fuldensi confirmatio cœlae Jurisdictionis Ecclesiastica petri debeat; *quid enim tam congruum fidei bunanæ, quam ea, que inter eos placuerunt, servare. L. 1. ff. de paci.*

§. 100. Ad Pallium nunc descendimus, Reverendissimo & Celsissimo Episcopo Principi Heribopolensi in compensationem præstiti confessus pro erectione Fuldensis Episcopatus, confessum, ac monstrabimus:

Sedem Metropoliticanam Moguntinam, ac Archi-Episcopos, imo Episcopos Germania cunctos, recte de concessione illa conqueri.

§. 101.

§. 101. Hoc in Pallii Würtzburghensis negotio si quis auscultet narrata coram S. Sede, ac, queis causam suam in Germania tueri volunt Heribopolenses Apologitæ, nihil innocentius Heribopolens Pallio primâ fronte videbitur. Clypeus ante omnia obtenditur sacra & suprema Summi Pontificis authoritas, qui ornatum hujus generis Ecclesiasticum concedere possit Episcopis sibi bene viliis. Novum id non esse, sed in complurium Episcoporum humeris compare, ultra montes quoque, in Gallia & Hungaria. Neque tantum Episcopis exemptis à S. Sede concessa fuisse Pallia, sed ipsi sicut Suffraganeis Archi-Episcoporum, imo in ipsa Provincia Moguntina Episcopum Halberstadtensem, Suffraganeum Moguntinum, Pallio quondam exornatum fuisse. Archi-Episcopum Trevirensen de facto habere adhuc Suffraganeum Pallio insignitum, nempe Merensem Episcopum. Archi-Episcopis per tales Palliorum concessiones præjudicium nullum inferri, his Episcopum non elevari, sed confervari tantum in primâviro statu, & officio, appellari ut prius Episcopum, & cum non sit variatum nomen, etiam non præsumi variatum statum. Pallia potius cedere in gloriam & decus Archi-Episcoporum, qui sic accipiant Suffraganeos hoc insigni à S. Sede honoratos. Multo minus conqueri posse Episcopos compunctiones, aut alios. Nec Reges aut Principes, adeoque nec S. Cæsaream Majestatem desuper justam querelæ causam habere.

§. 102. In hypothetis modernis, motu proprio Pallium Reverendissimo ac Celsissimo Domino Episcopo Heribopolensi concessum esse à Summo Pontifice, ab illo nunquam desideratum, vel petitus, ex sola affectione erga antiquum hunc sibi notum, ac magni æstimatum Episcopatum Heribopolensem. In indule Pallii S. D. N. clausis amplissimis preservatum esse jus Metropoliticum Moguntinum, aliorumque Episcoporum iura honorifica, ipsiusque Pallii usum valde restrictum esse; mirandum igitur, Eminentissimum Electorem Moguntinum, qui tanen adhuc actu Heribopolensis Ecclesie Canonicus existat, conqueri desuper veile. Accedit speciales causas tanta benignitas S. D. N. erga Dominum Episcopum & Principe Heribopolensem, scilicet præstantiam meritorum, ob piuta edita erga Sanctitatem Suam, & Apostolicam Sedem fidei & observantiae argumenta, quibus amplioribus Pontificie liberalitatis favoribus se dignum exhibuerit, ac prefertum ob Ecclesiastice pacis studium, quo plurimum contulerit ad extirpationem veterum litium & controversiarum, inter Ecclesiam Heribopolensem ex una, & Fuldensem ex altera partibus agitarum, per honestam initam Concordiam, sequum esse, ut, quod in favorem Fuldensis Ecclesie Dominus Episcopus Heribopolensis egit, id alieuius indulsi & beneficii concessione penetur; hoc igitur simplex ornatum Ecclesiasticum & Pontificie benevolentie signum Ecclesie Heribopolensi neutriquam esse invidendum, nec desuper ulatenus conquerendum, &c.

§. 103. Verum si quis profundius ipsa rei hujus penetralia scrutetur, non excusat tantum quas cum Eminentissimo Electore Moguntino omnes Germania Archi-Episcopi & plerique Episcopi movent querelas, sed iustissimas illas deprehender. Non hic imprimis in quaestione vel disputationem est trahenda suprema Sedis Apostolicae authoritas. Merito sibi prænationibus vicinis vendicant hanc gloriam Germania Praefuses omnes, ac præprimis Archi-Praefuses Moguntini, quod pro S. Sedis iuribus, à diffidis præfertim Religionis in Germania, cum jactura etiam non semel rerum iuriūque suorum, semper autem strenue decertaverint. Merito prætendit simillime Moguntia, quod sine in S. Sedem observantiae palman nullus aliis Germania Praefus præpiperit. Neque vel ullus Germania Metropolita hodiecum vocat in dubium, in Pallii materia, ac re meræ disciplina, jure tantum humano inventa, supremum conditorum Canonum, leges, ritusque novos Ecclesie præscribere posse, fatentur, eundem supremum Ecclesie legislatore, si vifum sit, communem reddere posse utrum Pallii quibusvis animarum Pastorum, ut & Pallium Parochorum humeris in Parœcia gesatum, eos moneat, ut se boni Pastoris imitatores exhibeant, & illius ovis recordentur, quam Dominus aberrantem requivit, & inventum humeris suis suffulit.

§. 104. Sed cum hic de nova rerum Ecclesiasticarum facie, vel disciplina, novisque Hierarchicæ potestatis notis agatur, verum de peculiari Sanctissimi Domini Nostræ Gratia ad unius partis preces protinus obtenta, res planè alia sub questionem cadit, scilicet: an narrata partis imperantibus talia fuerint, quæ, a præfis & in Germania hunc in diem custodiis sacris Canonibus, ac Hierarchico Ecclesiæ système, cum flatu publico & politico intime connexo, recedendum esse, sapientissimum justissimumque Pontificem permoveare debuerint.

§. 105. Persuasum enim sibi habent Archi-Episcopi omnes: decus & ornatum proprium Archi-Episcopale sacrum illud Pallium esse, per omnes, qui extant, Ecclesiæ Canones, & harum rerum scriptores, scilicet in Ecclesiastica semper & civili Republica in more positum erat, dignitatis & potestatis exterioris quepiam statui symbola, quibus uti fas non esset exercitus dignitatis, & potestatis illius, & si quandoque indebita talia ornamenta sibi attribuantur novi decoris cupidi, iustum semper fuit, estque hodiecum, hac super re conqueri, quin imo maximo non semel piaciolo ducitur, supremæ Principum potestatis insignia usurpare.

§. 106. Hac ratione omnes omnium sæculorum ab invento Pallium Archi-Episcopi consequi semper fuerunt, exteri, & Germani, dum opportune & importunè facrum hoc ornatum suis narratis impetrarunt, vel etiam solùm exoráunt Episcopi. (§. 110 seq.)

§. 107. Pallium hoc, quām olim parœ, præsertim in Occidente, à Romanis Pontificibus concessum fuerit, satis deduxerunt, qui Ecclesiasticas antiquitates indagabant, nothrūque, quod vel ipso S. Bonifaci, Archi-Episcopi Moguntini, hortau illud sufficerent Galliarum Archi-Episcopi, ac ab eo tempore peculiare semper fuerit Archi-Episcoporum ornatum, & nota characteristicæ tam potestatis Archi-Episcopalis, quam dignitatis. Pallium nihil aliud est, nisi discrep inter Archi-Episcopum & ejus Suffraganeos, at

ALCUINUS, L. de divinis officiis.

F

Proler

Præter ornamenta pontificalia omnibus Episcopis communia, unum illud est Metropolitanis sive Archi-Episcopis proprium Pallium, ait author recentissimus, & eruditissimus

CATALANUS Pontificis Rom. Commemor. illustrati, Tom. I. tit. XIV. N. 1. edit. Rome 1738.

§. 108. Sin aliae probationes deessent, vel sola recentiorum Decretalium Rubrica: *de autoritate & usu Pallii, demonstraret, spiritum Canonum sequiori pariter aeo fuisse, utrum Pallii illis competere non debere, quibus Metropolitanus deesset autoritas.* Usque adeo sacrum Pallium semper fuit non ornamentum inane, sed fertile potestatis signum, ut in signum potestatis Ecumenicæ Summus Pontifex ubique, & semper utatur Pallio, Archi-Episcopus in sola sua Provincia, ac abusus sit & dicatur, extra Provinciam Archi-Episcopum Pallio uti, ubi Archi-Episcopus non est.

cap. 4. §. 5. de autoritate & usu Pallii.

§. 109. Vt ipsum solum nomen Archi-Episcopi, nisi Pallio suscepto, suscipi non potest; in quo *Pontificalis officii plenitude cum Arcbi-Episcopalis nominis appellatione confertur.*

cap. 3. eod. tit.

Formula Pontificialis Romani tradidit Pallium est: *Tradimus tibi Pallium . . . cum Archi-Episcopalis vel Patriarchalis nominis Appellatione.* An haec formula fuerit adhibita Herbipoli, die 6a Januarii nuper, necfuis nos; putamus tamen, novam formulam in rebus contra Canones & Pontificale novis fuisse inveniendam; nec enim in Pontificale Romano vel verbulum de Pallio Episcopo dando. Hic spiritus & mens Canonum est, à quo profecto, non nisi narratis in subfinitimis & exaggeratis rerum momentis, nunc recedendum videtur.

§. 110. Fatemur quidem, jam priscis Sæculis, ut affoler, minores majorum ambitus de-cora, Abbates aeo recentiori Pontificalia conquiserunt ornamenta, improbantibus id ipsum sanctissimum viris, praesertim

S. BERNARDO. Epist. XLII, ad Henricum, Senonensem Archi-Ep. circa finem:

Aperti indicant quidam borum, quid cogitent, dum multo labore ac pretio Apostolicis adepti privilegii, per ipsa sibi vendicant insignia Pontificalia, utentes & ipsi Pontificum more, Pontificum mitra, annulo, atque sandalii. Sanzi si attendit verum dignitas, hanc Monachis abboret professio; si ministerium, solis liquet congruere Pontificibus. Profecto esse desiderant, quod videri gelitum, nevitioque non queant esse subjecti, quibus jam ipso se comparant desiderio; quadi & moneri eis conferre privilegiorum posset Autoritas, quanto putas auro redim-rem, ut appellaverentur Pontifices? Quis ista, Monachi? &c.

Episcopi pariter Pallia Archi-Episcoporum perierunt, sed Summi Sancti Pontificis repulsam talibus precibus dederunt. Cùm Viennensis olim in Gallia Episcopus a S. Gregorio M. Pal-lum peteret, Vit Sanctus respondit:

L. 7. Ep. 116.

In tabulario Romano inveniens se nunquam, quod antecessoribus ejus collatum unquam fuerit Pallium; siquid in Viennensi chartulario reperisset, ipse certiore se faceret. Haec verba S. Pontificis & Doctoris meriti Herbipolensi Ecclesiæ applicamus; & mōnemus, ut antiqua Pallii privilegia suis in chartulariis querat. Imò dum Archi-Praefatus Pallio utentes usum extra missarum solennia extenderent, idem S. Pontifex rescripsit Ravennatensti Praefuli,

L. 2. Epist. 54.

Quedam in Ecclesiæ sua contra consuetudinem atque humilitatis tramitem geri, que sola est officii Sacerdotalis exercitio; de nullo Metropolitanu in quibuslibet mundi partibus auditum esse, cum extra Missarum tempus usum sibi Pallii vindicasse; aut igitur morem omnium Metropolitanorum servandum, aut pri-vrum Romanæ urbis Pontificum privilegia esse ostendenda.

§. 111. Nilominus interim antiquis jam temporibus quibusdam Episcopis Pallia concessa sunt. Sed rursum quies non est, de his Episcopis, qui jam exempti soli S. Sedis substanti, vel Metropolitanorum suorum consenserunt, exigentibus caufarum meritis illud obtinuerunt.

§. 112. Ostieni Episcopo Cardinali immediatè S. Sedis subiecto jam antiquius Pallium datum est, quod Summum Neo-Pontificem consecrare; hac ratio allegatur, dum ei Pallium imponitur, ut eo utar in confraternali Summi Pontificis.

Card. PETRA ad Conflit. Apostol. Pii II. 3. Sct. m. n. 22.

Is honos si competeret Herbipolensi Episcopo, Pallium illius nobis odiosum non esset.

§. 113. Siagrio, Augustodunensi Episcopo, Pallium dedit S. GREGORIUS M.

L. 3. Ep. 5.

sed exigentibus caufarum meritis, & non aliter, nisi aliquanti Episcopi coprovinciales id ipsum simile pro Siagrio postulasset; invitis igitur Episcopis non concessurus, nec invito Metropolitanu, qualis ipse forte Siagrius fuit, illo aeo tanquam prima veteris Regni Burgundici civitatis Augustodunensi Episcopus, vel certò faltem fuit simile Sedis Apostolicæ Vicarius.

vñid. Ep. S. Gregorii VII. apud HARDUINUM, Tom. VI. Concil. column. 1394.

§. 114. Quod ad Germania spectat Episcopos, eos nunquam finè Metropolitanani consenserunt Pallium imperatrice confitata; vel enim palam exoriarunt hoc decus, & sic non nisi prævio Archi-Episcoporum consensu datum est Pallium; vel clanculum imperatrarent, & sic Archi-Episcoporum consensu postea impetrare debuerunt; vel non quieverunt Archi-Episcopi, donec Episcopi alienum decus deponerent.

§. 115. Dum Otto M. Romanorum Imperator, summo studio ferretur in Archi-Episcopatu Magdeburgensem erigendum, novumque Archi-Episcopum Archi-Episcopali Pallio exornandum, hanc aliter res peracta, quam interveniente & contentiente Hatone Archi-Episcopo Moguntino, cuius rei monumenta extant apud

LUNIGIUM, in Archivo Imp. Spicilegio Ecclesiast. in append. Tom. I, fol. 12. seqq.

§. 116. Dum Bambergensi Episcopo Pallium concederet Leo IX. Bambergæ præfens, non aliter

aliter id contigit, quām orante Cæsare, consentiente Lupoldo, Archi-Episcopo Moguntino, utrisque praesentibus.

SERRARIUS cum nosis JOANNIS rerum Moguntiarum, Tom. I. fol. 493.

§. 117. Dum verò (quod exemplum recenter nobis objicitur) Alexander II. Halberstadiensis Episcopo Burchardus Pallium dedit, non alter id factum fuit, quām subsecuro consensu Archi-Episcopi Moguntini, & NB. satisfactione accepta. Archi-Episcopus Moguntinus ad obfuscandum sui Prioratis factigium factum interpretatus, indignissime tulit; sed per Archi-Episcopi Coloniensis interventionem satisfactione accepta quevit indignatio ejus; ait tefis suppar,

LAMBERTUS SCHAFFNAUBURGENS. ad annum 1063.

§. 118. Qualis fueritila satisfactione accepta Moguntina Ecclesiæ, silent Scriptores, haud tamen ilienio involvunt causas concessi Pallii, aliasque facti circumstantias. Alexander II. sibi præcipue Burchardus Halberstadiensis Pontificiam Tiaram in acceptis referre debebat; cum enim idem Burchardus, tanquam Henrici IV. Imperatoris Legatus, seu, ut habetur in ipso hujus Pallii induito,

apud LEUCKFELD. in antiquarioribus Halberstadiens. in append. diplom. n. 50.

& apud LUNIG. in Archiv. Imp. Spicil. Ecclesiast. part. II in append. Nro. XII. Tom. XVII.

eu Regius Advocatus, ad caufam cognoscendam schismatis Honorii, alias Cadolai, Parmensis Episcopi, & Alexandri II. Romam missus fuerat,

vid. LEUCKFELD. cit. ad an. 1061. 1062.

& Burchardus per Alexandre pronuntiaverat, & sic schisma composuerat;

vid. AVENTINUS Annal. Bajorum, L. 5. C. 10. §. 16.

in gratitudinem tanti beneficii Pallio Burchardum donabat Alexander. Opus ministrarii tui . . . ad voluntatem & iussione dilectissimi nostri filii Henrici IV. Regis, scilicet ut Ecclesiastice pacis inquietudinem Regius Advocatus propulsaret, cum omni gaudio suscepisti, itaque post susceptum Legationis obsequium super unanimis uno Spiritu, & sincera affectione pro nobis ac Romane Ecclesiæ, nobiscum sollicitus fuisti . . . quia S. Romana Ecclesia . . . nunquam aut raro ab aliquo gratis habere vult beneficium; competit nostro Apostolico moderantini, aliquid bonefum aut singulare doazitum . . . concedi . . . itaque . . . insuper Pallie te adornare deceverimus. Suni verba ejusdem Indulsi, apud cit. LEUCKFELD. ex quibus supplendi & corrigendi ali Hisotorici. Qui consensum Archi-Episcopi Moguntini procurata satisfactione elicuit, Archi-Episcopus Coloniensis sanctus Anno fuit, Jojadae, summo Sacerdoti, comparatus à S. Petro Damiani, & summopere laudatus à Baroni, cuius rum in adolescentia Henrici IV. quem educavit, præcipua in Imperio Romano-Germanico fuit aurhoritas, cuius etiam nepos à LEUCKFELDIO dicitur Burchardus Halberstadiensis, hujus interventu, satisfactione accepta, tandem annuit Halberstadiensi Episcopo Metropolitanus Moguntinus. At vero modò Eminentissimo Archi-Episcopo Moguntino tales suppeditant consentiendi, vel potius contradicendi Heribolensi Pallio cause, facti series ipsamerit loquitur. Jure conqueritur: loco satisfactionis sua, Metropoli adhuc eripi velle integrum dictioinem Fuldensem. Sic itaque sunt elisam putamus illam de Pallio Halberstadiensi obiectiōnem, supposito, quod Alexander II. contulisset Pallium Burchardo, prout allegata illius Bulla à

LEIBNITIO, Tom. II. Scriptor. Brunsvic. p. 126. & LEUCKFELDIO & LUNIGIO cit. edita loquitur. Sed & alia suppetit responso. Non enim tam firma talo nimirum cadent Bulla, ut in dubium vocari nequeat, vel faltem difficultibus obnoxia non sit. Satis compertum est, & à

BARONIO ad A. C. 1061. & seq.

fusius narratum, Parmensem Episcopum Cadolum vel Cadolam, Henrici IV. vel potius ejus Ministrorum authoritate, in Pontificem electum, ait porrò idem, qui suprà,

LAMBERTUS Schaffnaburg. l. cit.

Nicolaus II. obit, in cuius locum per electionem Regis & quorundam Principum Parmensis Episcopos substitutus est, & Romanum per Bucconem, (id est, Burchardum) Halberstadiensem Episcopum missus, cui redeunti pro proprio bene curatae Legationis Pallium dedit. Neque Baronius aliive vel verbo Burchardi Legationem pro Alexandre II. neque concessionem ab hoc Pallium memorant. Hæc si sic se habeant, à Pontifice schismatico, Cadolao Parmensi, dicto Honorio, Pallium accepit Burchardus Halberstadiensis: à Pontifice, cuius Acta refusa sunt, & allegari nequeunt. Senferunt hanc difficultatem Scriptores Halberstadienses LEUCKFELD, & Historia Ecclesiæ Halberstadi. diplomatica nuper edita, ac Burchardum ab Henrico IV. pro tuendo Parmenii Cadolao in Italianum missum, sed Regionum mandatorum oblitum, ac ab Hildebrando, S. R. E. Archi-Diacono, postea Gregorio VII. S. P. in partes Alexandri II. perductum, utilem huic operam navis, & propterea ab eodem Pallio præsumtum afferunt. At verò sunt, quibus hec conjectura displicer, que nec Lamberti Schaffnab. testimonio, nec Baroni, Pagii, ac Bullaria Romani de Alexandre II. Bulla silentio cohæret sunt, inquam, qui probabilius credunt interpolatam Cadolai Parmensis vel Honoriū Bullam, Honori nomine mutato in nomen Alexandre II. cù quod illius Acta refusa sunt, & interpolator ramen Ecclesiæ Halberstadiensi hoc Privilegium Pallii vendicari, & furtum rectum vellet, ajunt interpolationem tum ex verbis Bullæ ad voluntatem & iussione Regis Henrici, tum ex ipso Chronico à Leibnitio edito, cui finè connexione omni inferitur Bulla, manifestari. Nobis perinde, sive à schismatico Papaali hoc concepsum sit, adeoque nulliter, sive à legitimo subsecuto Metropolitani Moguntini consensu, & satisfactione accepta. Id solum addimus, ex Chronico Monistis Serenis ad A. C. 1161. ex Riddagshufano ad An. 1163.

constare, quod Gero, Halberstadiensis Episcopus, à famili Papais schismatico, Victore, vel Octaviano, Pallium perterit, eo tempore, quo Conradus, Archi-Episcopus Moguntinus, teste

BARONIO ad A. C. 1162. n. 16.

maluit privari à Cæsare suo Archi-Episcopatu, quām Alexandrum III. P. descerere; sed nescimus, an illa Pallii Halberstadiensis Geroni facta concessio penes ipsum, & Successores ejus subfitterit; agnoscimus verò tantum ex his perpetuum Moguntiac erga S. Sedem fidelitatem. Verbo:

bo: audacter provocare possumus Heribopolensium cause patronos, ut vel unicum ostendant exemplum legitimum Pallii Episcopo Suffraganeo & non exempto Germanie sine Archi-Episcopi consensu concessi.

§. 119. Hec porrò non Germanie unius, sed Orbis Christiani fuit disciplina, & antiquissima quidem. Praetererat Dolensis in Gallia Episcopus usum Pallii; Pontifices inquis Dolensem Episcoporum votis ferè semper evant refragati.

THOMASSINUS, de ver. & nov. Ecd. dīcpl. Tom. I. L. 2. C. 59. n. 1.

Quandoque tamen per falsa narrata Pallium impretrarunt Dolenses Episcopi. Post Saeculorum litis causam diremit Innocentius III. his verbis: *Nolentes malitiis bonum indulgere, decernimus, ne unquam Dolensis Episcopus ad Pallii usum aspiraret.*

BULLAR. ROM. Edit. noviss. inter Bullas Innocentii III. Conf. XXI.

tunc profecto non valebat illi Philosophia: Pallium esse merum ornamentum Ecclesiasticum, & benevolentia argumentum, quæ tale enim non fuisset litis materies.

§. 120. Alii Galliarum Episcopi simile Pallii decus exoriarunt, sed nonnulli Merropolitae annu accepérunt. Hadrianus II. id concessi Nannetenii Episcopo Astardo his verbis: *Pallium non alter tibi, nec cuiilibet absque Metropolitatis concederemus, nisi multoties exilia, mare, vineula pafjo, etiam ad capitalem sententiam frequenter traxo, teste tuo Metropolitano . . . ut habeas pro exilio & catena Pallii ornamenta, non in tua Ecclesiae perenne decretum, sed ad tuum certo tempore vitaque praesentis specialiter usum.*

Ep. 2. Hadrianii II. in Bullario Rom. edit. Rom. noviss.

HARDUINUS. Tom. 5. Concil. column. 698.

§. 121. Dum vero promicuit Episcopi Galliarum reliqui idem decus ambirent, Fulco, Rhenensis Archi-Episcopus, ita ad Formosum Papam:

apud FLODOARDUM. Hist. Rhenens. L. 3. C. 2.

Etiam atque etiam orabat Pontificem, ne quid novi, ne quid inusitatii Episcopis concederet, nisi consensu, & consentientibus Merropolitani, qui tam justi consilii in hac uen studia sua omnia contulerunt; subiecti de quibusdam Episcopis Galliarum, qui sibi Pallium indebet à Romana poſtebant Sede, Metropolitanos suis tali spemtienti tenore, afflervi, quid res eadē, nisi prudenti preceata foret ſollicitudine, conſuſionem non mediocrem generaret Eccleſiae, magnimōe charitati diſpendium calevet inferre; unde tam se, quam omnem precari dicit Eccleſiam, ne citio irrationabilis aliquid petitionis ſuē genevali efficiſu & literis affertivit: ne per hoc Eccleſiaſe dignitatis honor vilesce incipiat, si res indebita, que temere affeſtatur, inconſulte tradatur. An quid melius de Germanico rerum ſtatū clarissime dicci possit? Eudem textum Annalibus suis inferuit Card. Baronius

ad An. 893. n. 4.

ac calculo suo probat, ad marginem scriptiā hac notā: *Pallium omni petenti non dandum; quidni ſic loqui lecat Moguntia?*

§. 122. Metenſis Episcopi neutiquam defacto Pallia geſtant, nec Eminentissimus Archi-Episcopus Treveriensis Pallio ornatum Suffraganeum habet, adeoque quod ſupra relatum, palpabilis rufus eft obreperto; olim tamen Urbicus, Crodogangus, Pipini ex Sorore nepos, Angelramus, & Drogo, Caroli M. filius, Episcopi Merenſis, Pallio uſi ſunt, at, dum Gallo vel Wallo dvitum ſolū à Joanne VIII. Pallium accepert,

vid. HARDEINUS, Tomi VI. Concil. column. 121.

non deferebuit Berthulfus, Treveriensis Archi-Episcopi, indignatio, niſi poſtquam Pallium abdi- cavit Gallo;

THOMASSINUS loco cit. Cap. 56. n. 11.

HARDUINUS loc. cit. column. 123.

ſuſus vero Historia manuſcripta Treveriensis, quam habuit LABBEUS, & cuius fragmentum extat ante opuscula HINCIMARI, edit. Par. 1615. res geſtas narrat: *Bertolfs bis aſſertionibus non flexus, Capitulo Canonum leto, quo aſſertur, nulli Suffraganeorum nouum, & quod non ab omnibus in Eccleſia ſua predeceſſoribus bubebat, abſue Metropolitani ſui confiſio & licentia preſuendam, interdixit ei per ſanctam, quam in omnibus Eccleſiaſicis negotiis ſibi deberet, obedientiam, ne alterius, niſi ab eis petiā & conſeuſi licentiā, Pallio uteretur. Cumque Wallo Apofolicanum aubervitatem preſtendeat, Archi-Episcopus Metropolitarum jura defendere, grandes iurisquę conſtitute ſunt iniuriae. Hincmarus igitur, Reverendissimus Rhemorum Archi-Episcopus, eloquentia clara, audiens diſſidentiam, epifolam Wallonum tranſiſt sapientie & ſancti confiſio ſale conditam, per quam cum ad Metropolitani ſui inſtruxit obedientiam, & ſic reſiſtuit concordiam. Ex quibus clare patet, ob Pallium Merenſis item orram, nec prius aut alter, quam depoſito Pallio, ſopitam.*

§. 123. Ac cum Stephanus Cardinalis, Callisti Papae II. nepos, magno loco natuſ, Metenſium Episcopus, ab avunculo Pontifice Pallium obtinere, flatim Bruno, Treveriensis Archi-Epiſcopus, defuper conqueſtus, tandem ob honorem Callisti catenus acquevit, ut Stephanus Merenſis Pallii geſtant ab viāna duntaxat retineretur.

BROWERUS Annal. Trevirens. lib. 13. ad an. Chrifti 1120. N. 62.

§. 124. Neque folius Occidentis, fed Orientis etiam haec fuit olim disciplina; refert THOMASSINUS loco cit. 49. n. 9.

Gracis non eſſe paſſos, ut Polystaurion Patriarcharum communē ornamentum Episcopis fieret. Narrat

BARONIUS ad an. 934.

Pallium Episcopis Gracis confeſſum pro absurdio fuiffe habitum.

§. 125. Quin si vel ſolius Crucis Archi-Episcopalis inſigne ſinē Pallio praetereretur ab Episcopis, conqueſti ſunt Archi-Episcopi sanctissimi quoque: iſi S. Anſelmuſ, Caenuarienſis Archi-Episcopo-

Episcopus, Dublinensem increpavit Episcopum, Cruecem portantem sive Pallio: *Mando tibi, ne
hoc amplius facias, quia non pertinet nisi ad Archi-Episcopum à Romano Pontifice Pallio confirmatum.*

S. ANSELMUS Epiph. 15.

vid. THOMASSINUS loc. cit. c. 49. n. 1.

Et quid mirum? ipsum PONTIFICALE ROMANUM ait: *Neque ante habitum Pallium
potest Eleitus ante se Crucem deferre, sed tantum posset.*

Pontificale Rom. tit. de Pallio.

§. 126. Recentioribus temporibus eadem querela fuerunt innovatae, ac à S. Sede exaudiæ. Martinus V. post Constantiensis Concilium anno 1423. Pallii usum inhibuit Episcopo Patavieni, quod talis Pallii usus in magnum detrimentum Everardi Archi-Episcopi & Ecclesie Salzburgensis prejudicium & gravamen redundet.

§. 127. Circa finem elapsi saeculi, dum Frisingensis Episcopus Pallium affectaret, ab Archi-Episcopo Salzburgensi, Joanne Ernesto, defuper reprehensus destitutus.

§. 128. Ac dum recentius Episcopus Brixiensis preferente Crucis privilegium impetravit, aliter illud à moderno S. D. N. concessum non fuit, quam ut is honor à consensu cujusque pro tempore existens Archi-Episcopi Salzburgensis legitimè requisito dependeret.

§. 129. Itaque nec displicere, multò minus æge ferri debet, si, quod omnes olim putarunt, fecerintque Archi-Episcopi, nunc potent faciatque Germani. Omnes illi arbitratu sunt, vilescere Pallium, si fiat Episcopale; injuriam sibi fieri talibus Palliorum concessionibus, animum addi Suffraganeis suis ad altiores ausus: id ipsum nunc arbitrantur Germani. Omnes illi S. Sedem implorabant, ut emendata privilegia revocaret, ac ferre semper benignis auribus Summorum Pontificum excepta fuerunt haec preces justissimæ, cassatis iisdem privilegiis, vel saltem successoribus denegato Pallio: id ipsum nunc sperant Germani. Quodsi nunc primum inculcari velit Archi-Episcopis, illi hinc concessionibus Pallii praedictum non inferri, sed honorem potius accedere, tam parum se convinci patiuntur, quam parum illorum antecessores à mille annis.

§. 130. Si dicatur, Pallium relinquere Episcopum in suo statu, assentiri non possunt, cum ipsi Herbipolentes publico typo orbem doceant, quod Pallium Herbipolensem Episcopum Majoribus aequat. Et quantum ad Episcopos, quod Pallium ab Aequalibus distinguunt.

§. 131. An verò S. Cæsarea Majestas iustas habeat causas, conquerendi de tali Pallio, se penitus ignara concepisse, non est cuiusvis privati dijudicare. Quae fuerit olim Imperatorum Regumque circa Palliorum concessiones authoritas, videri potest in Antiquitatum Ecclesiasticarum scriptoribus.

vid. THOMASSINUS loc. cit. C. 52. n. 9. C. 54. per rotum.

Saltem nec unicum Pallii Episcopo in Germania concessi sine consensu & autoritate Cæsarea unquam poterit afferri exemplum.

§. 132. Ipse porrò Cæsaream indignationis rationes gravissime, & omnium impartialium calculo probandas sunt, scilicet: „Sacram Cæsaream Majestatem persuadere sibi non posse, qua Röma nuper peracta fuerunt, ex ipsa Sanctoritatis Suea mente gesta, maturaque satis lance ponderata fuisse: minùs verò ipsum Ecclesiæ Caput exitiale discordiarum faciem inter Principes Germania Ecclesiasticos accendere, hisque, qui Germanie tranquillitat, Hierarchie, ipsi que Religioni infidiantur, omnia fusque deinceps vertendi anfam præbere velle. Sacratatem Suam levem illam vixque cognitam inter Episcopatum Herbipolensem & Abbatiam Fuldensem contentionem in Religionis dispendium, & Acatolicorum scandalum vergere posse, exitimasse, ideoque quamprimum componendam censuisse, plus verò mali ex novis his litibus, cum quisbus viror illa nec à longe æquiperari possit, pertimescendum esse. Pallia Episcoporum non exemptorum semper infelicem contentionem fontem fuisse; adéoque Suam Cæsaream Majestatem tem muneri suo Cæsare, ac justissimi Principum Imperii querimonias deesse non posse; sibi non integrum esse, in re neque honori divino, neque Ecclesiæ, aut Religionis bono necessaria, minùsque adhuc proficia, in dñi Episcopatus Germanie non exemptis hucunque informatione, lita, Capitaliacione Cæsareæ contraria, tam ample dissidiiorum securigini copiam concedere, re, ut nascentium inde malorum cumulum neque sat adhuc prævidere, neque emetiri licet.“

§. 133. Rebus iraque sic flabitibus, quid consultus fuisset Herbipoli, quam morem gerere monitis Legati ad Circulum Franconicum Cæsarei, hac super re à S. Cæsarea Majestate ad Principem Herbipolensem missi, ac pro monstrando pacis studio saltem Pallii assumptionem ransiper differre. Sed evenit potius, ut dum dies VI. Febr. statuta esset pro impositione Pallii, terminus ille anticiperetur, ac jam Die VI. Januarii Pallium Reverendissimo Domino Episcopo, Principi Herbipolensi, impositum sit, & typis jam impressa dies VI. Februario in diem VI. Januarii mutaretur.

§. 134. Quod porrò ulterius nobis objiciunt, & quo sensu volunt excusare Herbipolentes rerum consiliarii: Pallium non desiderant, nec peritum, sed motu proprio concessum esse, in tantum verum arbitramur, quantum ad ipsam Reverendissimi & Celsissimi Episcopi ac Principis Herbipolensis personam spectat, ita prorsus, ut non Celsissimi ac Magnanimi hujus Principis precibus, sed suggestionibus aliorum omnia tribuamus, quae gesta sunt, nec non rerum agendaru modo & media. Capitulum Herbipolense Cathedrale pariter Pallium non petiit, sicut & nihil, vel valde parum Capitulares plerique de recentis Concordiæ cum Fuldenibus tenore screruntur. Sed an propter modi penitus proprio excusare Herbipolentes.

§. 135. Quotusquisque in ipsis veras rerum & castrorum figuræ propsectit, satis is novit, quid sibi velit illa Principum gratis pro Stylo Cancelleriae inserita clausula: *motu proprio*; illa quandoque clausula verificatur semetipsa, sed non semper coram sane ratione tribuanal. In Bulla erectionis Fuldenensis Episcopatus eadem clausula *motu proprio*, habetur, & tamen literis Romanis discimus, quadriennales instantias hac super re factas, & ad preces hunc Episcopatum

erectum esse, id quod rursus dicere cogimur, ne quis putet, literas, cui talis clausula inseritur, sub- & obreptionibus obnoxias nunquam esse.

§. 136. De cetero verò, quorū de Pallio scriperunt canonum vel rerum liturgicarum interpres, notārūt hanc regulam, quod Pallium instantiū, instantissimè petendū; hoc facere debet Archi-Episcopus, multò magis Episcopus facere debuisset, novi Pallii cupidus; vel maximum igitur novumque gravamen est hoc ipsum, quod contra omnes has regulas nunc Pallium Heribopolense liberaliori modo, quam Archi-Episcopis fieri solet, concepsum dicatur motu proprio.

§. 137. Quod supereft, ac specialiter Eminentissimum ac Celissimum Principem Archi-Episcopum Electorem, ac Capitulum Metrop. Mog. Sedēmque Metropoliticam concerneat, constat in primis, quam maturo consilio, re cum Capitulo suo non solum, sed omnibus Germaniae Archi-Episcopis ac Episcopis Provinciæ Moguntinae, præprimis verò cum S. C. M. communicata, processerit Moguntia, quod Sua Cellitardini Electorali in mentem revocata sint Metropolis honos & præminentia, jurata Ecclesiæ fides, causa novitas gravitasque. Quod additum fuerit, in neminem irreverentiam committit, nemini injuriam inferri ab illo, qui non appetit aliena, sed tantum rueretur sua: Juxta igitur querelas Moguntinae non solum hoc ipso abundanter comprobatur, nec solum omnibus illis rationibus Archi-Episcoporum communibus hucusque adductis, sed magis adhuc rerum, quæ gerit sunt, concatenatarum qualitate ac modo.

§. 138. Non enim de solo Pallio in genere, suo Suffraganeo concessio, conqueritur Moguntia; sed de Pallio, tali occasione talique modo concessio. Ut Fuldenis ditio suo juri Metropolitico eriperetur, ut Abbas nova honore sublimaretur, ut limitum Diaecfanorum Metropoli subiectorum fines per clanculariam Concordiam turbarentur, vel ut exemplo, cœi pretendentur, Praefuli subiectantur integrī distictus, juri alijs Metropolitico subiecti: in hos, inquam, fines, Sedci Moguntinae per se tam prejudiciosos, Pallium tanquam medium & instrumentum tanto-rum malorum conceditur.

§. 139. Haec rei series, & haec querelarum Summa est, quas Sedes Metropolitica Moguntina in finum sapientissimi ac justissimi Pontificis effundere, Sacra Cæsarea Majestati, imò orbi universo proponere, quam maximè invita, (non enim satis hoc verbum repete possumus) & quasi violenter cogitur, indignum proarsi & inexcusabile coram DEO ac hominibus repurans, fin ad tor & talia tantique momenta, quæ patitur, gravamina penitus obtuseferet. Ac nulla de te magis dolens, quam quod, dum DEO dante pacem cum omnibus Germania Præfulib⁹ & Principib⁹ habere potest, cum Ecclesiis vicinis, quas olim fundavit, & quibus alijs omne posse incrementum, sed in damnum proprium non vergens, modis omnibus optat, pacem habere non possit.

§. 140. Confidit itaque à quolibet aequo rerum arbitrio, solam & unicam necessariae ac extorta querelæ ac defensionis cauſam, in gravissimis rerum momentis, non in ornamenti Ecclesiastici invidia, querendam esse. Profecto fin ageretur de prædiis ac pecunis, dampnum silentio fortasse patientium esset, utpote damnum reparabile, sed de jurisdictione, de eximenda sua potestati Ecclesiastica regione integræ, de honore, de præjudicio agitur in eternum non reparandis, si ferme fileatur; Laudes pontis iustas meretur Moguntia à quolibet iurium suorum tenace Praefule & Princepe, non displicentiam & indignationem, certa de cetero, nullum in orbe vigillem Prelatum taciturnum fore, si Moguntinus hac tempestate Archi-Episcopus esset.

§. 141. Sin igitur S. Sedes Moguntina rem, non verba sola infipciat, & quamcumque Iurium Metropoliticorum reservationem, indulto Pallii insertam, insufficienrem fibi, & protectionem pater facta contrariam, ignoscendum erit error. Si credat, tales clausulas in furoris Bullis & indultis omitti posse, ac formidet, facilime omittendas ad nova narrata, licet clausula: *Salvo Jure Metropolitico, omisla est in nova Heribopolium & Fuldensum clancularia transactione, præterito tercio pacifice vetere, tunc Moguntia credit & formidat, quod fieri solet, & non selen factum est.*

§. 142. Si credat, paulatim & per gradus procedi solere ad magis præjudiciosa, principiis autem obstante, ac simul cautè præscriptionum usui obviandum esset, tunc vel communi hominum providentia uitetur.

§. 143. Et dum Eminentissimus Archi-Episcopus Moguntinus, licet Heribopolensis Cathedralis Canonicus, querelam hanc sibi licitam putat, ideo putat, quia nunquam Heriboli, cui tamen Ecclesia decus quodcumque favet, & reciprocum congruum à Fuldenibus pro viribus procurare voluisset, si defuserit interpellatus esset quia, inquam, Heriboli nunquam juravit, se conquerire velle, que sunt nova & indebita, bene verò Moguntiae, se Metropolitanæ Sedis homines & iura modis omnibus servare velle. Omnis igitur ille hoc ignoscet Eminentissimo Archi-Episcopo Moguntino, qui Reverendissimo Domini Episcopo, Principi Heribopolensi, Moguntino Canonico & Scholastico, ignoscit, quod contra Sedem Moguntinam innovationes, quas & Archi-Episcopus & Capitulum Moguntinum injurias fibi cedere putant, admittat.

§. 144. Absit autem, ut insigni Reverendissimac Celsissimi Domini Episcopi, Principis Heribopolensis, merita debito honore non reverearum, sed cum in perpetua tempora Ecclesiæ Heribopolensi definitur Pallium, hec personalia merita rei non sunt sufficiens argumentum, & auscultare hic oportet verba.

HINC MARI, Epiph. ad Nicolaum Papam, apud BARONIUM ad A. C. 867. n. 40.

Usum Pallii genii Sedis Metropolis esse cognoscere, dicente Magno Leon Papæ: quoniam, & si diversa nonnunquam sunt merita Praefulium, tamen iura permanent Sedium, & cum multi sint sancti Episcopi, qui eodem Pallio non utuntur &c.

§. 145. Si vero reliqua, quæ de Pallii Heribopolensis concessionē narrantur, pro Heribopoli ratio-

rationes, ab Episcopis Germania potentur haud peculiares, sed Episcopis aliis communes, iisdemque suffulsi se Pallium quoque prætendere posse, quod non minoris sint fidei, observantie, meriti, dignitatis, amplitudinis, bona cunctorum horum Episcoporum justæque tribuendum est de semetipsis opinioni; nam & aliorum Episcoporum Cathedrae jam usque ab octavo Ecclesiæ Seculo erectæ sunt, & partim ab antiquiore tempore & illorum Episcopatus singularibus prærogativis ditati; & illi Praefuses quoque amplissimi, in modo amplioribus, quam sit Heribopolis, Diocesisibus iuri dant: & illorum quoque Ecclesiæ egregiorum Antiquitatum, aliorumque ex conspicuo ac numero Capitulo & Clero insignium virorum, virtute admodum illustrare suffit dignoscuntur.

§. 146. Quod ad restitutum valde Pallii Heribopolensis usum spectat, vultus non sanat; cui non permittitur altioris potestatis insignis, is nullius nec usquam illud potest gestare. Restitutions ille partim supervacaneas sunt, velut illa, quod Pallium Heribopolense non debet ab Episcopo gestari in Comitatu S. R. I. non enim ibi comparent Episcopi, sed Principes quâ tales, nec ibi videntur Mitra vel Peda, multò minus Pallia, & vel libri liturgici docent: Pallium in sacris ministeriis, quibusdam raris diebus, non in Principum curis & conventibus gestandum; partim docent restitutions ille, quantum à Canonibus Ecclesiæ recedatur; partim probant, quâm parum lucrata sit Heribopolis suo Pallio, signo sine re.

§. 147. Si demum allegatur Ecclesiastica pacis studium Heribopolensis erga Fuldensem Ecclesiam, novus, amplissime loquendi campus sese aperit. Pauci sunt Episcopi Germani, qui cum locupletibus Abbatibus sub fice sua honorum augendorum sollicitis, dum interim Episcopum pugnare oportet domi, forsitan, pauci, inquam, sunt Episcopi, qui cum his Abbatis vel invictissimi certate non debant, & quidem omnes ferè Suffraganei Moguntinæ Provinciae, praeternam Constantiensis, Argentoratensis, Augustanus & Paderbornensis; si propterea propter quodvis pacis studium tam inaudite in Germania gratias sunt concedendas, quid non sperandum, vel potius non timendum?

§. 148. Et quale demum hoc pacis studium? quis majus pacis studium semper erga Fuldam præstet, aut Heribopolis? an Moguntia? silemus antiquiora. Conciliata per Legatos Metropoliticos Moguntinum Anno 1662. pace, Heribopolis, diffundente Moguntiæ, An. 1683. pacem rumpit, Fuldensem Abbatiam lite vexat, pluribus vicibus, & ferè semper victa, bellum inflaurat, tandem ad eandem Concordiam de Anno 1662. cum Fulda redit: & pro hoc pacis studio Pallium reportat. Moguntia vero, que nullâ lite Fuldam divexavit, quæ quondam concordiam eandem conciliavit, & sanctissimæ ab Anno 1662. in hunc diem observat, non tantum non premitanda, sed in pœnam quasi pacis studii, & quod liti manus tribuere noluit, privanda nunc videtur jure suo Metropolitico in dictione Fuldensem, juribusque in Concordia de Anno 1662. assertis. A seculis nihil non pro Fulda egit Moguntia, nihil non contra Fuldam Heribopolis, modò vero destinatur in sacrificium Moguntia, Heribopolis vero laudata, premiata nunc habet esse justior?

§. 149. Sed etio, quæcumque remunerationem mereantur Heribopolis, detur illa, sed non ex penu Terti. Fiat transactio ex bonis transigentium, dato & retento, non aliter. Fulda compenser Heribopolis, Moguntia nihil prorsus accipiat, nequidem debitum aliquo ab Heribopolis & Fulda Fundatrici gratitudinem, saltem tamen filie matrem non spoliens, matri sua Decora relinquant, ac jura, quæ habuit filiabus nondum natis. Quæ demum peritio potuit unquam habere esse justior?

§. 150. Ut vero rursum ad tantopere deprædicatum pacis studium redeamus, an non præviderant Heribopolis & Fulda, suas, quas recenter quærebant, novitates nova bella suscitaturas, graviora protecti prioribus. Lis illa, quam rupta transactio incepérat coram S. Rota Heribopolis cum Fulda, jurisdictionem Ecclesiasticam primæ Instanție in quibusdam Parochiis Traetatis Fuldensis concernebat, lis moderna Episcopatum erexit, jura Metropolitica, insignia Hierarchica concerntur: lis illa vix cognita in Germania, saitem ignota Profectantibus; nec scandalum peperit, nec alia mala; at vero lites, que nunc suscitantur, Augulissimo Caefare Justice mala procreant, quorum natiqam exitus adhuc prævideti potest. Lis illa privata, hac publica: lis illa olim honeste justæque composita, adeoque non necessaria; hec, quasi pugnare sit volupte, temere non cauta tantum, sed quasi extorta fuit. Ecce premio, talique premio dignum pacis Ecclesiasticae studium!

§. 151. Ponderata hic fuissent SS. Episcoporum & Patrum dogmata. Nihil adeo conturbat animum, etiam si id fiat ob aliquod utile, utl innovare.

S. CHRYSOST. in Epist. ad Cor. I. hom. 7.

Mutatio, etiam si adjacet utilitate, novitate perturbat.

S. AUGUSTIN. Ep. 128. C. 5.

Denuo partium narratis alterta utilitatibus quantæcumque credendum non fuisset; sed audiendi, qui debuerint audiri.

§. 152. Atque ex his omnibus patet, de Pallio Heribopolensi, sive consideretur in abstracto, sive prout in negotio præfenti Fuldenis Episcopatus premii loco concessum est; justissimas esse S. Caefarea Majestatis, Germania Praefulum, præfertum vero Sedes Metropolitica Moguntina querelas, à S. Sede merito exaudiendas, adeoque nihil hac in re penitus in Germania innovandum esse; merito exaudiendas preces, quibus petitur: *Antiqui mores & Canones obseruentur.*

§. 153. Hec quoad rem ipsam. Modum tractandi Fuldense ac Heribopolense negotium quod attinet, non minus Sedes Metropolitica Moguntina justissimæ conqueritur:

Fuldensem Abbatiam in Episcopatum prætensè exemptum erigi, ac ea occasione, præviisque Heribopolim inter & Fuldam transactio-

ne, Pallium Herbipolense concedi voluisse, Eminentissimo Metropolitano nec citato, nec auditio.

§. 154. Enimvero ex hucusque dictis satis pater, rerum seriem & scopum illum fuisse; ut Fuldensis Abbatia in Episcopatum, & quidem exemplum erigeretur, ut ad id confensus D. Herbipolensis Episcopi concessio Pallio impetraretur, ut novâ transactione Diocesis Herbipolensis limites mutarentur, datis Abbatiae Fuldensi Parochiis Würceburgenibus.

§. 155. Quisquis Ecclesiastica Polirae parum gnarus est, fatebitur statim: non levus esse momenti haec negotia, adeoque cum cause cognitione, ac auditio iis, quorum interest, expedienda fuisse. Quod vero cuncta peracta sint, antequam vel crederentur incipienda, ac prius in Dataria Romana expedite Bullæ, quam Germanie Præfulibus res innoveret, suprà pariter dictum est. Atque hoc solo satis ostenditur: iustas esse querelas non Moguntinas tantum, sed S. Cæsareæ Majestatis, & Germanie sacre torius, inò integræ Nationis.

§. 156. Hujus loci non est, Celsissimus S. R. I. Principibus Herbipolensi & Fuldensi recitare, quid legibus Imperii scriptis ac non scriptis circa statu elevationem cuiusvis civis Principis que Imperii cautum sit; quid, quando vel sola honorum ac gentiliti scuti desiderant insignia, quid pro S. R. I. Elektorum & Archi-Episcoporum juriibus tenuis, ac nullatenus immuniuendis, quid de conservando Ecclesiæ Germania statu, nec convellendo per quascunquem demum informes gratias, fixum, statutum & promissum sit isdem Legibus Imperii Fundamentalibus. Communes has querelas hoc loco proponere mens nostra non est. Nec hucusque placuit Eminentissimo Principi Electori Moguntino præproperè his armis se defendere, vel hanc suam justam causam Celsissimus S. R. I. sæcularibus Constatibus suis proponere: è contrario dum falsus rumor in Imperii Comitatu, ac Aula Cæsarea, de quibusdam Literis Electoralibus ad Serenissimum S. R. I. Principem, D. Landgravium Hasso-Cæsaranum, scriptis exortu fuisset, palam & ubique, inò etiam Romæ per Epistolam ad Eminentissimum D. Cardinalem Alexandrum Albañi exaratum (in Adj. sub N. XXV.) declarare voluit idem Eminentissimus Elektor: has literas supposititias, & à malevolis inventas esse, eum in finem, ut Aulae Moguntinae prematura confilia Romæ præterim imputarentur; qua de re suo tempore fortassis plura. Torem porrè & unicum, quod egit Moguntia, hoc fuit, ut S. Sedem, & S. Cæsaream Majestatem præliminariter de rerum statu certiores redderet, dum scilicet iustitia Causæ sue semper patescit, confidit hucusque, ac sperat hodieum, fore, ut absque alterius Principis sæcularis interventu Aulae Orbis supræmæ iura Moguntina tueantur; quapropter etiam illas solùm Canonicas rationes hic adducere vifum fuit, que sub- & obreptionum in Curia Romana commissarum certiores redent sapientissimos ejusdem Prelatos, præfertim vero Sanctissimum Dominum nostrum, ac iustum Sanctitatis Suæ indignationem cibunt, sicut S. Cæsareæ Majestatis indignationem jam provocarunt.

§. 157. Nam iteratò repetimus, causa nostra agitur contra D. Episcopum Herbipolensem & D. Abbatem Fulensem, nunquam Sedes Apostolica pars erit nobis, quam impugnemus; verbis utimur supra citati Hincmarii, Archiepiscopi Rhemensis, de eadem Pallii materia ad Nicolaum Pontificem scribentis: *Hæc, de quibus clarissime Sanctitati, & famosissime Sapientie Veræ scripsi, non ad ullam controversiam vel contumaciam refutacionem, quod ab his, protulit, sed animatus auctoritate divinæ sententiae, quia veritas liberet, mendacium vero perdat, humiliiter veritatis narrationem suggerit.*

apud BARONIUM, ad A. C. 867. n. 4.

Speramus porrè fore, ut detectis sub- & obreptionibusà rerum Procuratoribus commissis potius confundantur earum authores, quam laedatur Sedis Apostolica dignitas: prout in eadem materia assertur olim

INNOCENTIVS III. in Cap. 3. de Autor. & Uso Pallii.

Sed ut ad rem redeamus.

§. 158. Magni semper momenti negotiorum in Ecclesia habita fuit novorum Episcopatum erectione, majoris adhuc Ecclesiæ à Metropoli dismembratio, & Exemptio.

§. 159. Quamvis enim jam antiqui Præfici Curia Romana allegant illum versum de Pontificia circa hanc rem potestate:

Erigit & subicit Cabedras & dividit unus.

& neminem dicere posse Summo Pontifici: *cur ita facis?* notissimum tamen est, in Episcopatum erectione, præfertim ultra montes, quam plurimis legaliter confideratis procedi solere à S. Sede, neque talis negotia sine causa cognitione sufficiente tractanda esse.

§. 160. Atque sic plura iam fuisse cognoscenda legaliter de Fulda. Examinandum attentius, an omnes preces veritate nitentur, an Hierarchia Fuldensis (quæ magnifica voce Schannost utitur) illum denique Clerum & populum, quem depingit, continet. An non ibi collegiatæ Ecclesiæ & Monasteria, quorum vix rudera & nomina in rerum natura supersunt, magni characteribus jam in ipso libri titulo numerata, ac typis impressa legantur, ad Hierarchiam hanc ampliandam. Indaganda fuisset rei utilitas vel necessitas talis, quam S. BERNARDUS inuit.

L. 3. de Confid. ad Eugen. Papam c. 4.

Ubi necessitas urget, provocat utilitas communis, non propria; id in vel propria utilitas adsit Abbatie, scilicet, in utile fit bono spirituali, ac primeve fundationi asceterii conveniens, Episcopatum in Monasterio erigi, Episcopale nunc aulam alere, ex primo Germanie Galliæ Abbatie nunc ultimum Episcopum fieri. An Fuldensis Abbatia, quæ milie jam annis salva stetit, confidere porrè non potuerit, quin Episcopatus esset. An canæ necessitatis subfuerint, quæ alias in his materiis ab ambientibus Episcopatum allegantur. An defuerint unquam ex Archi-Episcopatu

scopatu Moguntino, qui in Fuldeni tractu Pontificalia exercerent, Ordines & Sacramentum Confirmationis conferent, Pontifices, antequam Moguntini Metropolitanani annuè Episcopus in partibus Suffraganeis Fuldenis, qui effet ab obsequio Abbatis, anno 1727. constitueretur, & in ipsa urbe Metropolitanai Moguntinae consecraretur. An non bidui triduive itinere vel Moguntia vel Erfordia vel Heribpoli Ordines Sacri à Fuldenibus imperari valeant? an unquam defuerit Sacrum Chrisma, & que sunt similia. Subducendas demum rerum Germanicarum Hierarchicæ rationes, & de omnibus illis non ex solis partium narratis constare debuisset, sed ex vicinorum Episcoporum, Metropolitanani præsertim, relationibus. Sed tuo haec, quantaunque sint, loco relinquuntur.

§. 161. In casu nostro dismembratio integræ Regionis ab Archiepiscopatu, ejusque plenariae exemptionis, quam certissimum est, non ex mera gratia esse procedendum, sed viâ iustitiae, citatis, quorum interest, cognitique causis Canonicis, que necessariae & urgentissime adesse comperiantur; quodsi enim S. Pontifex non eximere soleat vel Monasterium à jurisdictione Episcopi, tribuendo exemptionem passivam, sine Episcopi requisito consenserit, ut testatur

S. D. N. BENEDICTUS XIV. Tom. II. Bullarii p. 344. in causa Spirensi & Cap. Bruchsal.

multò minus integra Regio dismembrari poterit, inauditis, quorum interest.

§. 162. Haec perpetua Canonum vox & inconspicua Sedis Apostolicae praxis: adeo ut Sixtus V. S. P. illa Bullâ, qua Congregationem Confistorialem, que Episcopatum erectiones dijudicat, instituit, sicuti mandet, tales causas erectionum, & dismembrationum Ecclesiarum Cathedralium juxta S. Concilii Tridentini & SS. Patrum decreta cognoscendas esse. Legere sufficit relata.

A GRATIANO in Dist. 62. & Causa XXV. quest. 1. & 2.

S. Leonis, S. M. Augustini, S. Grigori M. & aliorum SS. PP. Decreta: Metropolitanos singularem Provinciarum Episcopatos jus traditæ filii antiquitus dignitatis intemeratum babere decernimus.

Can. 5. Caus. XXV. q. 2.

Abiit à me, ut Conficiuta majorum Confessoribus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mibi injuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.

Can 10. eod.

§. 163. Neque vetus tantum, sed & recens ac continua praxis S. Congregationis Confistorialis est; quodsi etiam confiteret de causa erectionis, ad soli tamen partis narrata non procedendum ad erectionem Episcopatum & dismembrationem, sed audiendum esse Episcopum, imo quandoque Capitulum, nec non Episcopum viciniorum, sin ille aliquod jus prætendere posset.

F RANCIS de Ecclesi. Cathedral. c. 6. per sonum.

M ATTA de causa Confistorial. Scđ. 3. & Scđ. 10. per sonum.

RIGANTIVS ad Regul. Cancell. Tom. II. in Reg. XXXII. n. 58. seqq.

Cum itaque haec sit praxis recentissima Romanae Curie, non opus est, veterem illam assūcrationem Martini V. in Concilio Constantini Germanie factam,

apud HARDUINUM, Tom. VIII. Col. 873.

afficer: Non intendimus exemptionem (etiam Ecclesiarum Cathedralium) de cætero facere, nisi causa cognitâ, & vocati, quorum interest.

§. 164. Sed plandix illum exemplum extra diutionem temporalem S. P. & Italiam talis dismembrationis & exemptionis afferri potest, que fuerit facta motu proprio, ex mera gratia, fin' causa cognitione, cum aliis cause talis cognitio pluribus quandoque annis, imo integris Seculis fuerit producta, dum Metropolitani dissentiebant.

§. 165. Cujus rei exemplum celebre exhibet Ecclesia Parisiensis, que à Senonensi Archidiocesi dismembrata non fuit, nisi post saeculorum preces; nam licet urbs Parisiensis Regia foret, et amplissima civitas, licet Galliarum Rex ipsem et apud S. P. Gregorium XI. ante IV. Secula inflaret; ille, teste

S PONDANO ad ann. 1337.

ad Regem Francorum scribentes se excusavit, dicens: *haud se posse instantis Regis petitioni, ut Ecclesia Parisiensis à subjectione extinxeretur Senonensis, & usus Pallii Episcopo Parisiensi concederetur, satisfacere.* Tandem vix anno 1622. à Gregorio XV. servatis de jure servandis, ac Archi-Episcopi Senonensis consensu per satisfactionem datam impetrato, Parisiorum urbs à Senonensi Metropoli exempta fuit.

§. 166. Sed ne tumur exemplis externis, nullus novus in Germania erectus fuit Episcopatus, quin causa accuratissimè fuisset cognita, auditique Metropolitanus & Episcopi, quorum intererat, iisque consenserint, ac plura obseruantur, quæ nunc proflus omisla sunt.

§. 167. Dum Magdeburgensis Cathedra & simul Metropolis erigeretur, res Imperatoris Ottonis M. labore, impetratoque Metropolitanai Moguntini ac Diœcœfani Halberstadiensis consensu gesta est. *Sine consensu Sedi illius Archi-Episcopi Magonciensis, cui subjectionem exhibet, communionem Pavochia fieri non posse, sancta Synodus, scilicet Ravennæ anno 968. habita, decrevit.*

vid. LEUCKFELDII appendix ad antiquas. Halberstadien. diplom. 29. jo. 31. 32. 33.

§. 168. Bambergensis Episcopatus dum dismembrandus esset ab Heribpolensi, vel flexis genibus Henricus II. Imperator consenserunt Heribpolensem experire voluit, in Episcoporum Francofurti conventu.

vid. DIT MARUS, L. 6. Chronici Merseburgensis, pag. 333.

§. 169. Ac dum à Metropoli Moguntina Pragensis Episcopatus eximi peteretur, licet Bohemia & Hungaria Reges, nec non Otto Imperator hoc à S. Sede expeteret, ac locorum distantia id ipsum suadere videretur, digna INNOCENTIO III. epistola doctissimum hic Pontifex rescripti: *Arduum est negotium, & peritio continet novitatem, proinde mirari te nolumus,*

si non protinus tuas preces duximus consummandas, cum magna deliberatione res egerat, ostendenda Nobis est prius & urgens necessitas, & evidens utilitas præterea commendanda est Ecclesia Moguntina, ne, si aliter factum fuerit, fratrem nostrum Archi-Episcopum dejicere videamus.

vid. RAINALDUS ad A. C. 1224. n. 53.

In qua verba commentatus

THOMASSINUS T. I. L. 1. c. 45. n. 5.

Radiant hic sanè, inquit, Canonice Regula.

*§. 170. Dum recentius mox Nanceiensis in Lotharingia, mox munitissima Lucemburgensis civitas, Ducatus ejus nominis caput, erigenda videretur in Episcopatum, interpellatus semper & auditus Archi-Episcopus Trevirensis Metropolitanus; quin admissa fuit etiam Ecclesiastico-rum Electorum S. R. I. reliquorum instantia. Non verò illis objectum: *quod ea res illos non tangat.* Demum uterque Episcopatus in partu suffocatus fuit.*

§. 171. Imo dum iam circa annum 1529. ex nova ratione, eo quod Monachi contemptui effient Lutheranis, Episcopatum & secularisationem Abbatis paterent apud Papam & Cæsarem Fuldensis, nihil præcipitatum fuit, sed auditus Episcopus Heribolensis, & repulsam passa Fulda, & quidem idipsum per suum oratorem, urgente Cæsare Carolo V.

vid. Siennarium Heribolense, n. 37. seqq. Ronie imprium 1699. covam R. P. D. TREMOILLE.

§. 172. Equidem superius narrata Fuldensem jam retulimus, scilicet: Fuldensem Abbatum cum suo territorio separato diu jam à Metropolitanu sibi Moguntini jurisdictione exemptam esse, adeoque exempto quasi Episcopo D. Abbatii Fuldensi necessarium non fuisse, vel verbo salutare Archi-Episcopum Moguntinum, dum Episcopatum ambiebat, nec fuisse à Curia Romana rem cum Eminentissimo hoc Electore communicandam, multò minus cum audiendum, aut viā juris procedendum. Sed præprimitis non tantum evidentissime fuit ostensum; licet Ascerium Fuldense ejusque Regulares personæ, & Abbarialis disciplina regularis exempta fuerint, nunquam tamen Cleri populiq[ue] ditionis temporalis Fuldensis ab Archi-Episcopi Moguntini Metropolitico jure exempti vel vestigiis apparet; loqui pro jure Metropolitico, pro appellatio[n]ibus ad Metropolitanum tribunal, Archiviorum monumenta, appellatio[n]um acta & processus adhuc extantes, Abbatum confessiones, foedera publica Capitoliorum consensu firmata, renovata. Nec in hunc diem modernum Abbatum autem fuisse hoc jus Metropolitanum in dubium vocari; adeo ut possimus filere, si silentium Moguntinum à Fuldensem patronis omnium iurum Moguntinorum non aperta jaicitaretur derelictio. Hoc ipso proinde penitus insubsistens esset objectum illa: Clerum & populum Fulensem nunquam Metropoli subjectum fuisse, adeoque sine via Juris Episcopatum exemplum erigi potuisse.

§. 173. Deinde quæstio nobis tantum adhuc est, an haec ipsa Fuldensem narrata pro veritate notoria habenda, vel an non cognitione legali subjicienda fuissent, auditis audiendis: adeoque que hoc omisso, an pretensa exempti à Metropolitico jure Episcopatus erexitio quoad formalia impugnari non possit?

*§. 174. His verbis absit, ut Bullam erectionis novissimam Episcopatus Fulensis impugnemus. Illa (quod repeterem debemus) pariter tam purum de exemptione Cleri & populi Fulensis à jure Metropolitico, vel faltem de hoc, tam obscurè loquitur, ut ipse modernus Reverendissimus Dominus Abbas Fuldensis in literis suis ad Eminentissimum Electorem Moguntinum fareatur: *se sensum Summi Pontificis suo super Episcopatu non intellexisse.* (Adj. N. XXVI.) Sed impugnamus Fuldensem patronos, qui candidè literis Romanis indigitant, imo publicis Germanie novellis inferunt, Fuldam in Episcopatum *exemptum erectum esse*, hos inquam impugnamus, quasi per cuniculos nobis insidiantes.*

§. 175. Neutiquam adhuc persuaderemus nobis possumus, sapientissimi ac rerum Canonica rum expertissimi, nec non de Fuldenis Abbatia debili contra Heribolim etiam jure plenè concisci Pontificis mentem fuisse, hanc ipsum Abbatiam de plano Metropolitanu juri Moguntino extinere. Si tamen contra spem omnem illa mens Summi Pontificis fuisset, Fuldensem Tractum in Episcopatum exemplum erigere, palam coram Orbe universo literas Apostolicas sub & obreptionis argueremus plana ex ratione, quia non adhuc causæ cognitio, nec ullo penitus modo auditus Metropolitanus, sed ad fola partis impetrantis narrata insufficiens, his ipse Metropolitanus possessione ac jure privatus foret.

§. 176. Neminem, ne dicam, jure (oo), sed nec possessione privandum esse viâ facti, finè causæ cognitione, inauditum & indefensum; indisponsibilis clamant Jura naturalia & positiva. Si vel possibilis juris adit, manutendum esse possessorum, afferunt Pragmatici Romanae Curiae Doctores. Neminem sua possessione spoliandum, sed ante omnia, si spoliatus sit, restituendum, docent Canones & Leges. Moguntia verò in needum contradicta quidem à Fuldenibus possessione juris Metropolitanici subfuit, in possessione agnita confessata ab Abbatibus Fuldensibus, non in colorata tantum, sed in munere validissimis rerum argumentis; nullum igitur fuisset, quidquid inaudito Metropolitanu ejus iuribus Metropolitanis per narrata veritate dicta detraictum fuisset.

*§. 177. Scimus, quosdam Canonistas Italos mirum in modum facilitare erectionem *Abbatiarum nullius, soli S.* Sedi subjectorum unicæ ac immediatæ, in Episcopatus, quam in rem plura conglomeras causæ tunc Advocatos, adeoque pars, non judex,*

PITONIUS, Discept. Ecol. 160. per nos.

sed facti vel rei veritatem supponunt, scilicet, adesse, Abbatiam cum Territorio separato, Metropolitanu neutiquam prorsus subjectam, quod tamen respectu Fuldenis Cleri & Populi, Metropolitanu semper subiecti, insufficiens esse demonstravimus.

§. 178. Nec tamen hoc etiam casu causæ cognitionem excludunt vel ipsi illi JCTi, Advocati

cati cause; sicutem nunquam adhuc eriam in casu Abbatiae nullius; etiam cum Territorio evidenter separato & exenpro, in Germania auditum fuit, ad solas narrantium preces finē cause cognitionis ac eorum, quorum intererat, citatione, exemplis ex his Abbatiae extirctos fuisse Episcopatus, & absit, ut nunc id experiantur toti Episcopi Germaniae; qui tales Abbatias numerant in suis Diocesibus.

§. 179. Sumptuosam tecum item sustinere debuit hoc adhuc Sæculo antiquissima Trevirensium Metropolis, cum S. Deodati in Lorharingia Ecclesia Episcopalem Infulam, & exemptam quidem ambiret, doctissimo PITONIO causam Abbatis agente, sed tanta dexteritas viro huic non fuit, vel potius eius integratim in mentem non venit, ut causa cognitionem impedit. Tunc profecto narrabatur, Ducatum Lotharingia, universo Orbe celeberrimum, olim Regiam Provinciam, 600. milliaria in circuitu habentem, vii habere Episcopum, saluti animarum summoperè necessarium esse novi Episcopatus erectionem, deficeret Pontifices pro Sacramento Confirmationis & Ordinis, ac adest alio præjudicio spirituali. Tunc probatum fuit, Ecclesiam S. Deodati nullius, & exemptam esse, adeoque sine ullius præjudicio erigi posse in Episcopatum exemptum. Tunc quoque instabant Duces Lotharingia optimè de Ecclesia meriti, negotium promovente Eminentissimo Cardinale de Rohan, Episcopo Argentiniæ vicino. Tunc allegabatur, hoc Territorium nunquam fuisse subjectum Metropolitanum Trevirensi, nec appellatione ab Ecclesia S. Deodati & Abbatis exemptis novo Episcopatu unientis, ad Trevirensim Metropolitum delatas, & que sunt reliqua adducta per

PITONIUM, cit. Discept. Eccl. 160.

§. 180. Nihilominus tamen in mentem non venit vel ipsis Partium Advocatis, minus vero S. Congregationis Confessoriali, has in re, Germanie Archi-Episcopum tangente, sine cognitione causa procedere, sed, præviò processu coram D. Nuntio Apostolico in Helvetia, auditus fuit & Episcopus Fuldenensis, & Metropolitanus Trevirensis, quod ad rem nostram sufficit, neque enim minorem considerationem meretur Metropolitanus Moguntia, Heribopolis & Fulde Fundatrix. Imò pland 28. Martii 1719. licet electioni Episcopatus faveret Sacra Congregatio, illa tamen decidit: quod subiectum, scilicet hujus novi Episcopatus, Metropolitanum, & non reponatur causa, nisi citato Episcopo Fuldenensi. Addit porr̄ Pitonius, advenisse poitea sublimem protestationem, cauam dein esse dilatam, que justissime nunquam ad effectum fuit perduta, forte, ut addit Pitonius, docente

TACITO L. 1. Annal.

quia sepe bonitas rerum causas, ne judicium adhibeas, perniciose exitus consequuntur.

§. 181. At quid modo patitur Moguntia Metropolis? Nec una cauârum adest, que tunc pro illo casu Lorharingia Ecclesia S. Deodati valuit. Fuldenis dicit profecto non est verus Austrasia vel Lorharingia Regnum, & prout S. Cesare Majestas declaravit: totum hoc negotium non gloriam DEi, nec animarum salutem concernit. Ecclesia S. Deodati exemptio plenaria era manifesta, cum Clero & populo; sed non jus Metropolitanum Moguntinum in Fulda, appellations Fuldenenses ad Sedem Moguntinam, tam claris tamque publicis constant concessionibus, Foderibus, Archiviorum monumentis, quam vel sol meridianus: an igitur non indignum prorsus, Moguntia inaudita, adversarios nostros prætentas suas gratias extorquere voluisse?

§. 182. Profecto, dum iam ante duo Secula Episcopatum ambiret Idipsum Fuldense Monasterium, & ea ratione, quam suprà jam narravimus, (§. 171.) scilicet, quod à Lutheranis contempti haberent Monachi, & Monasticis Ordo, indignum visum non est, sed necessarium Joanni Comiti de Henneberg, Abbat Fuldenensi, prates S. Pontificem etiam Archi-Episcopum suum Moguntinum implorare: & quia aliunde ad propositum non parum conducere videbatur si ex Abbatia Episcopatus fieret, rem tunc Pontifici, tunc & Archi-Episcopo Moguntino profuerit. Verba sunt

SCHANNATI, Hif. Fuld. p. 3. fol. 254.

fusius vero rem narrat

BROWERUS in antiquitate Fulden. L. 4. fol. 350.

quem exciperit, & Codici probationum Historie Fuld. inferuit nro. 3. idem Schannatus. Adum bac de re, inquit BROWERUS, cum Carolo V. hoc eodem anno per literas, quibus et, que diximus, mala exageraverunt. Et licet imperiatu nibil, mores tamen priisci depræteri plurimum, & à majorum norma longius deficiunt est. Extant & Alberti Archi-Episcopi Moguntij Cardinali litterae, quibus & Joanni: ut de jure suo concederet, & Episcopatum Fulde conjurgere pateretur, postulanti responderet, id sine maximi Collegi sui suffragani annuere non posse. A quo si imperaret, quod difficile quidem non foret, tunc & concessum ipsum, eam tamen conditione, ut & Suffraganeum Metropoli Moguntinum Fuldense subficeret, & ex Sanctorum Corporibus unum quolibet a se nominandum, extra S. Bonifacii reliquias, sibi donum transmittaret. Quod igitur iustum, & necessarium visum fuit Anno 1529. an hoc iustum, & necessarium non sit Anno 1752. Quod olim faciendum putavit Abbas Fuldenis, an faciendum non erat moderno? & quod fas erat Archi-Episcopo Moguntino, Alberto Brandenburgico, Cardinali, an fas non erat moderno Eminentissimo Electori Moguntino, ejusque Metropolitano Capitulo? Cum uberrime constet, ab Alberti Archi-Episcopi Moguntini tempore perpetua ferie jus Metropolitanum Moguntinum à Fuldenibus agnitum semper fuisse. Sed quod plus est, rursus recenter & eodem clapsō Anno 1752. ad erectionem Episcopatus Fuldenis consentens Episcopi Heribopolensis non tantum requisitus à Fuldenibus, ac conciliata concordia, prout iidem afferunt, à S. Seide procuratus, sed insuper Pallio compensatus fuit: quidini igitur confessus Metropolitanus Moguntini exquirendus, vel faltem ille salutandus humaniter fuisse, qui non tantum noriori gaudet iure Metropolitanico in Fuldensem Transiit, sed easdem prætentiones in loca Fuldenia trans ammen Fuldam habuit, quas Heribopolis cis annis. Ac licet ab antiquo jurisdictionem prime Infantiae, salva sibi secundâ Infantiae

Metropolitica, tacite & connivendo, deinde per expressum in transactione 1662. cesserit, tamen cessionem hanc revocare posset, si transactione rescissa fore, neque cessionis modus amplius servandus esset à Fuldenibus. Si neglegtus fuisset Episcopus Heribolensis, dici porro esset, eum causa toties cecidisse in S. Rota, & nil ad Heribolensem hanc rem spectare. At Moguntia nunc quam conventiona, multò minus judicata, vel vieta fuit super jure Metropolitico. Paret igitur, quām iustissimè Eminentissimus Archi-Episcopus Moguntinus quasi de contemptu agat, se nec citatum nec auditum hac in re fuisse, iura sua intimè concerneant.

§. 182. Magis adhuc crescit querela, quod Episcopatus Fuldensis erectione præviam habuerit An. 1751. transactionem, iuribus Metropoliticis sumptuoper injuriosam, (§. 23.) Moguntiæ pariter infici intam; vel enim Fuldenis Abbatia quadam Clerum & populum Sedi Moguntinæ Metropoliticae subiecta manet, vel iuribus Metropoliticis exempta dicuntur. Si primum, saltē dum renovabatur & augebatur transactione de Anno 1662. non oportuisset excludi terruum pacientem, Archi-Episcopum Moguntinum, nec omitti in nova transactione, quidquid in veteri de Sede Moguntina dictum fuerat: dum in nova transactione varia loca dismembrabantur, ac cum Fuldenibus communabantur: dum limites utriusque Diœceseos confundebantur: dum planè jus Patronatus Canonicatus Ecclesiæ Collegiate insignis Aschaffenburgenis, Diœceseos Moguntinæ, transfereretur, quā in re authoritas Ordinarii totum & omne facit, juxta DD. Nunquid horum omnium planè debebat esse ignarus Archi-Episcopus? Quo demum iuris colore excusare poterunt ambo pacientes, quod Heribolis undecim Parochias in districtu Carlstadiano, quarum Parochiarum ius Diœcesanum hucusque possestum satis olim Roma deduxerant Heribolenses, & quarum Parochiarum ratione illis iura reservata erant à S. Rota,

Decr. 20. Novembr. 1765. coram MOLINES §. Confessio.
& quas Parochias nunc libenter iurisdictioni Heribolentum, adeoque Meropolitanæ Moguntianæ submittebat Fulda, vel fatem submittere volebat, transactionis recentis de Anno 1751. Art. 5. nunc inficio Meropolitanus ejus iuribus eripere attenarunt, & statuerunt: ut ex his Parochias vel ad Consistorium Heribolense, vel, si libuerit, prætergresso Meropolitanu, nullo interposito medio, ad Nuntiaturam Coloniensem, vel ad ipsam Sedem Apostolicam appellare posint.

§. 184. Nec hic valet, quam aliquoties audiuvimus, objecio: Sanctissimum Dominum nostrum hunc articulum, eoque contineret odiofissimam novitatem, ac jure defensu conqueri posset Eminentissimus Meropolitanus, annullasse; nam ex repositione sequitur, primò, quod articulus Heribolensi Ecclesiæ utilissimus cassatus sit, quod in transactionem, prout modo jacet, primi non confenserit Capitulum Heribolense, sed eandem, sicut ex pluribus aliis, sic haec etiam de causa recindere posset, quae Heribolensi Ecclesiæ consideranda relinquimus, quod verò Meropolitanum concernit, tunc saltē aliquantula, sed insufficiens tamen ejus consideratio habita fuisset, si undecim illarum Parochiarum, quæ magnam profectò partem parvum Tractus Fuldensis efficiunt, Appellations ab Heribolensi Consistorio ad Moguntinum iudicium Metropoliticum fuissent præservata.

§. 185. Quodif verò Fuldensis ditio cum Clero & populo à jure Metropolitico exempta dicitur, evidens planè est, Dominum Heribolensem Episcopum non tantum tot Parochias exemplo Episcopatu cedere, sicut à Meropolitanis dismembrare, ac iuribus Metropoliticis extinere non potuisse, sed nee unam Capellam; quidquid enim decedit Diœcesi suffraganeæ, & transferrard penitus exemptum, decedit Meropolitanu, ejusque Provinciae: & cum permutatio oppidorum, quæ ad duas Diœceses spectant, nihil sit aliud, quām reciprocā illorum dismembratio à propria cuiusque Diœcesi, eoque respectivè alteri Ecclesiæ unio; vocandi sunt, quorum intercessit, adeo ut S. Congregatio, probante Clemente X. die 22. Junii 1671. nequidem ad confirmationem talis transactionis, inter duos Episcopos comprovinciales factæ, procedere voluerit in Italia, nifi accidente confensu Parochorū & Parochianorum, si autem haec in Italia in populo Parochiali, quid in Germania inter Principes?

§. 186. Profectò ipsam Heribolis & Fulda transfigentes, si suis in Diœcesibus, vel quasi, Capellam vel Ecclesiam filiale dismembrare à Parochiali & matrice Ecclesiæ, non procederent aliter, quām audito Parochio, alisque, quorum intercessit; & quid indignum magis, quām magna Diœcesis partem dismembrare, integrum ditiosem Fuldensi quasi Diœcesim juri Metropolitico eximi velle, nec salutato, minus auditio Metropolitano.

§. 187. Neque hunc contemptum, quem passa est Sedes Meropolitanæ Moguntina, fanat confessus S. Cæsarea Majestatis præstitus, ut affiratur, in erectionem Episcopatus Fuldensis nam nihilominus interpellandus adhuc & præprimis audiendum erat Eminentissimus Meropolitanus Moguntinus. Non confessus, non instantissime preces Regum Hungariae, Bohemiae, imò Imperatoris, in dismembratione Pragenis Episcopatus à Provincia Moguntina, non Regis Galliarum in Parisiensi Episcopatu dismembrando à Senonensi Meropoli, non Regis Hispaniae in.

Causa Burgeni Dismembrat. apud MATTÆ de cauf. Confess. Sæc. 10.
sufficientia se solis habita sunt, ut sine cause cognitione, levato velo, non auditio Metropolitani procederetur.

§. 188. Sed ipsem Augustissimum Imperator declaravit satis: »nunquam Majestati Suæ Cæsarea in mentem venisse, Episcopatum Fuldensis super aliena terru prejudicia superstruendum fore, nec Suan Majestatem alio pacto eidem manus unquam præbere voluisse, quām ut nulla omnino innovatio inde deriveret; nec minimam tunc de Pallio quoconque mentionem, »minùs adhuc de alienis iuribus convellendis indicium ullum factum fuisse, & si cum Majestate Sua Cæsarea codem, quo ipsa egit, candore confilia communicata fuissent, (Hæc S. Cæsa-

reæ

„re Majestatis verba commentario non egerit) pernicioſis, quæ nunc suborintur, ſequelis me-
„delam faciliem afferri, neque Germanicarum Eccleſiarum Hierarchiam fugillari ipsi
„Religioni plurimum exitioſis laeſſiri potuſſe. Haec omnia profeſtò maturiori multaque de-
„liberatione omnino digna fuſſe, cum non de ſola Metropoli Moguntina, ſed de re omnium
„Germania Archi-Episcoporum, proindeque ipsam Imperii compaginem afficiente, agatur.“

§. 189. Arqui haec ipſa, quæ S. Caſarea Majeftas per ſuum Oratorem S. Sedi expoſuit, nos tantum, & plus nihil dicimus & conuerimur. Innocenter autem & recte loquitur, qui tali modo leđit, & cum ſu Principe loquitur. Porro dum S. Caſarea Majeftas mentem ſuam tam clarè & ſolemniter manifeſtat, non opus eſt adducere, quæ Sacri Canones aliaſ circa Prin-
cipum petitiones pro erigendis Episcopatus, & tamen adhibendam cauſe cognitionem diſpo-
nunt. Satis quippe Sacra Caſarea Majeftas Oraculo ſuo comprobavit querelas noſtras, & non
dubitamus, eandem imposterum Majestatis Sua futuram mentem & vocem, qua quondam
Imperatoris Juffiniiani fuit, dicentis: *Nos ratores fūmus & vindices vetusſatis, non deerit Eccleſiaſi-
ca vindicta vel Noſtra in eos, qui auſtioſa ſuperbia, aut ſubrepitioſis poſtulationibus antiquitatem
temerarī docebantur, quoniam ad diuinitatē rendit injuriam, qui SS. Patrum Conſtituta violare non
metuit;* neque ſpes noſtra vana, ſed Imperii Legibus, meritiſque Moguntinis nixa.

§. 190. Ceteri dum in unica tantum litigioſa cauſa ſuis rationibus allegatis à Metropolitanis
Moguntini jurisdictione eximere ſe veller Heribopolis circa Annum 1698, & S. Sedem immē-
diatum Judicem expeteret, audiſ debuit & exaudita fuit, obtentā cauſa victoriā Metro-
polis Moguntina per decretum.

S. CONGREG. CONCIL. 20. Novembr. 1698. in una Herib. apud ANTONELL. de Jure Cler. fol. 21.
vid. URSAYA, Tom. III. Diſcept. p. 1. Diſcept. 9.

§. 191. Nunc vero, dum in perpetuum iuri Metropolitico eximenda erat diſio rota, non
videbatur ſalutandus Metropolitanus; timebar, ne S. Sedi verus rerum ſtarus exponeretur,
eo quo debuiffet tempore; timebar, ne S. Caſarea Majeftas re integrâ id ipsum, quod cau-
ſa nunc vulnerata declararet, ne, ſicut olim omnes S. R. I. Principes Elecṭores in ſimilibus cau-
ſis, ſic etiam in haec, debito tempore conquererentur, & Episcoporum ac Abbatum defideris reſi-
ferent, ne matuſius ſcandalis Protestantum, ne mala ac detrimenta Religionis Catholice pre-
ſagirentur, ex hi novitatibus infausto partu propullantia.

§. 192. Profeſtò dum circa ſeculū claphi initium, prout memoratum fuit ſuperius,
(ſ. 170.) ergenda eſſet in praejudicium Eminentissimi Archi-Episcopi Trevirensis in Lo-
tharingia alia Sedes Episcopalis Nanceji, literis 9. Maii 1627. Urbano VIII. scriptis,
ab omnibus Electoribus Eccleſiaſiſis Germanie id ipsum oſtentum eſt S. Sedi, quod cau-
ſa mode eidem ab iſdem repræfertur; tunc Eminentissimum Elecṭorum verba erant:
„Quorum (prædeſſorum) laudatissim⁹ exemplis atque exigitis niſi Sanctas Vſfra, hoc
„ex ceratissimo preferrit tempore, fortiter infiterit, boe inſalubiliſſima ſequela futurum proſpicimus, ut an-
„tiquis Archi-Episcopatum noſtorum juvibus praepudicium ſit, vicinorum Diocſcum & Regiorum
„diſcordie inſtituit, populi Christiani, quā Hæretici, quā Cabolici, ſcanda innumera, priuilegiorum
„& Elecṭorum Eccleſiaſiſorum pernicias ac ruina, rei Christiane in Provinciis Germanie totiusque
„Imperi perturbatio deploranda, multaque alia incommoda gravifim⁹ & maxima conſequantur.“ Haec
omnia tunc temporis erant veriſimilia, ſunt & hodieſum; illo tempore nihil innovatum, exau-
ditæ ſunt ab Urbano VIII. horum Principum Elecṭorum preces; ac liet S. Congregatio favet
erectioni Episcopatus Nancejani, Urbani VIII. tamen, Pontificis dignissimus, neutiquam votum
Congregationis probavit, nec partus novus Episcopatus Nancejani unquam lucem vidit.

§. 193. Quodſi reāpfe Fuldenſis populus & Clerus (quod tamen falſiſſimum eſt) nulli Me-
tropolitano ſubieſt, nec in illo cum Metropoli Moguntina nexu fuifet, quodſi etiam de hoc
evidenter conſtituerit, nihilominus tamen, ſi cauſa cognito fuifet adhibita, S. Sedi ea fuifent
propolita, quibus auditis, profeſtò erectionis & exemptionis Fuldenſis defiderio tam ſubieſt
neutiquam deruifit. Ea tempeſt fuit S. Sedis providentia circa regiones ultramontane ab Ur-
be longiſſime diſtantiae, ut nunquam feret ad eximendos Episcopos ab immediata ſuorum Me-
tropolitanorum ſubieſtione proceſſerit, ex urgentiſſimā illa ratione, quod attentā magnā diſtan-
tiā S. Sedes non poſſit exemplis talibus Episcopatus congruo tempore vel debiti & neceſſariā
correctione providere, ac excelſus in talibus fine vicino ſuperiore Diocſibus emendare, hanc
ob cauſam in Germania tantum duo exiſtunt Episcopi exempti. Cui porro nunc bono ē ſiu
Moguntinae Metropolis eriperetur Fulda? in quo ſalva ſemper ſubſtitui. Diſtum jam fuit, nec
Fuldenſis unquam diſſiſebuntur, pluries vix non actuū ſuſſe de Fuldenſi Abbatia, ni Mogun-
tini Metropolitaniani tuliffent opem. An ergo Eccleſia bono non conduicit, Metropolitanuſ relin-
quere, quod per tot Seculorum lapsu & temporum injurias feliciter ſervavit? Quam pī etiam
prætextus obtrudi velint, indigneſum eſt, Fuldenſen diſtione vix 60. Parochiis conſtantem, juxta
computum ipſius SCHANNATI, eximi vele à jurisdictione Metropolitanai, cum ampliſſimi
Germania & potentissimi ac antiquiſſimi Episcopatus Metropolitanos ſuos Moguntium &
alios revereantur, & Heribopolis ipſa Suffraganea Moguntiae fit & maneat. Agnovit ipſem
Sapientissimus S. P., BENEDICTUS XIV.

Confit. XXXII. Tom. II. Bullari.
incommoda innumerā, quæ ex ejusmodi exemptionibus, & ex eo potiſſimum pro-
germaniare ſolent, quod intra variarum Diocſum fines, & in iſis veluti earum vice-
ribus, aliqui inferiori Prelati, gaudentes qualitate Nullius & Territorii ſeparati, in Eccleſias &
loca arię perfonas tam Eccleſiaſiſas quam Leicas actiua obtineant jurisdictionem, ac non ſemel co-
gitavit, etiam cum confilio Curie Romane Prelatorum, bauſu modi peculiares jurisdictiones, pro-
terum arię locorum conditionibus & opportunitatibus, aut immunitas ad aliam formam, & ad con-

genuentes terminos redigere, aut omnino extingtas atque sublatas Episcoporum localium ordinarie possitati & autoritatibus adjungere & incorporare. Quà proin ratione mens tanti Pontificis esse potuit, tales Ecclesiam à Metropoli de plano dismembrare? Sed hic ipsa de re non agimus: nec excutamus antiquissimos Ecclesiae Canones, ac primi quidem Generalis Concilii Nicenii, ejusque Canonem VI. celebrerrimum in hac verba: „Antiqui mores obtineant . . . illud autem „omnino manifestum est, quod, si quis præter Sententiam Metropolitani factus sit Episcopus, hunc magna Synodus statuit non oportere esse Episcopum;“ sed tantum conquerimur, de plano Fuldenfibus Exemptionem afferi, & nequidem audiri velle Metropolitanum Moguntinum.

§. 194. Profecto ejus semper dignitatis habita fuit Sedes Metropolitica Moguntina, ut in negotiis eandem concernentibus præviis literis salutaria fuerit. Hæc Sedes cum Ecclesia Christiana in Germania nata, plurimorum Episcoporum & Martyrum sanguine rigata, jam Metropolis, cùm adhuc Fulda eremus esset, ab Abbatis Fuldenfisi, quam fundaverat, nunc denum debitam matri obedientiam denegari patiatur, ut ne velloqui ausit? Moguntia, qua gloriosum titulum S. R. Ecclesiae specialis vera filia, non ex mera gratia, nec emendicato falsis narratis motu proprio acquisivit, sed ab ortu suo, & specialiter ab ortu Imperii Occidentalis promeruit; & vetustissimo æri fæcæ Metropolitanæ Basiliæ incisum gerit; Moguntia, qua difficillimus temporibus Schismatum Apostolicæ Sedi tam fideliter adhaesit, ac præfertim recenti Concilii Basileensis tempore, tam fidelem operam Sanctæ Sedis etiam cum suo dispendio navavit; Moguntia, qua à nati Lutheri tempore pro servanda fide Catholica in Imperii Comitiis, in Pacificationum congregatis, in Electorum Principiūmque convenientibus, in Imperatoris ac Principum aulis, immensis sumptibus & laboribus, nihil non pro fide Catholica egit, quaæ circa negotia, dominium etiam temporale S. Sedi in Italia concernentia, suo modulo eidem S. Sedi opitulari non desit. Hæc, inquam, Metropolis modò nec digna habecatur, ut, dum de iuribus suis interventibus agitur, vel interrogetur etiam; sed è contrario præter amissis vi majore bellicâ Sæculo elapso duos Episcopatus Suffraganeos, Verdenensem scilicet & Halberstadiensem, nunc ulterius le iniiciâ ac inauditâ per sub- & obreptitiam gratiam ditionem Fuldensem, sua Diocessi à tribus terra ventis conterminam, à se fundatam, nunc sibi ablatan, & hujus molimini socios Archi-Episcopaliis insignis suis premios videat, & obmutescat tamen!

§. 195. Non obmutescit, nec filiere potuit, ne amplius contra Moguntiam ex silentio argumenta deducantur. Hic Orbi Catholicæ, cui per sua narrata larvam obtrudere volunt Adversarii, veram rerum faciem monstrat, interim vero iustissimæ causa sine confidens sperat, fore, ut nemo nisi malus improbus necessariam defensionem, è contrario cùm notoria sit juris Metropolitici Moguntini in Fuldensem Clerum & populum possesso, & ab Abbatibus Fuldenibus desuper iterata confessio, (§. 38. seq.) quilibet aequus rerum arbitrè judicabit. Metropolin Moguntinam possessione non deciendum, sed in ea manutendam, & cùm non minus pateant inconvenientia & hastiones ex Pallii Heribipolensis concessione promanantes, (100. seq.) ac incongruum planè videatur, illud tali occasione ad majus præjudicium Metropolitæ concedi, (§. 138. seq.) hinc etiam hoc in re nihil prorsus innovandum esse. Verbo: statuendum id ipsum, quod his super rebus edixit JUSTINIANUS Imperator, licet alias novitatum amans:

in Novella XXXII. Cap. 2. §. 1.

Quæ vero ad Sacerdotia spectant; ea, ut diximus, volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa jus Metropoliticum, neque circa ordinationes vel mutations, vel novationem saceripti, sed prius ordinatis, nunc quoque ex nostra ordinatione autoritatem obtinentibus & prioribus, item

Metropolitanis in suo permanentibus Ordine, ut, quantum ad ipsas,

NIHIL PENITUS INNOVETUR.



AD-



ADJUNCTA EX ARCHIVIO ELECTORALI MOGUNTINO DOCUMENTA.

N. I.

COPIA Libelli supplicis Heribolensis, ad Commissarios Metropolitanos Moguntinos, & designatos Visitatores Provincie, pro cognoscenda Causa iurisdictionis in Tractu Fuldenſi, de An. 1662.

Reverendissimi, Amplissimi Domini Archi-Episcopi Moguntini Commissarii, respectivè Suffraganeo, nec non Sigillero ejusdem Archiditceſis, Confiliarii Ecclesiastici &c.

Ex parte Reverendissimi Vicarii Generalis Heribolensis totiusque Confiliij Ecclesiastici, Dominationibus Vestris exponitur, quomodo immemorabili tempore *jura Ordinariata*, in certa parte Principatis Fuldenſi, fuerint conservata, licet per Abbatēs & Principes Fuldenſe variis modis illicitis impedita, unde & multæ conferentiae amicabiles sint habita, licet infructuose; quia verò magno prejudicio Religionis Catholicae & Ordinariatii Heribolensis res ea fuit dilata, nec videatur spes superflua amicabilis transactionis, hinc Dominationibus Vestris suppellatur, ut predictum Vicarium Generalem & Confilium Ecclesiasticum in suâ possessione manuteneant, dictoque Abbatē & Principi Fuldenſi, & quibusvis impediensibus districte inhibeant, ne quovis praetextu Ordinariatu Heribolensi praedictum carent, aut in exercito ejusdem Ordinariatus turbent, salvo &c.

(L. S.) JOANNES MELCHIOR,
Ep. Dominiop. Suffrag. Herib.

II.

COPIA Mandati Archi-Episcopalis Moguntini, Commissarii & Visitatoribus Tractus Fuldenſi intus nominatis à Metropolitanis dati, d. d. 14. Martii 1662.

JOANNES PHILIPPUS DEI GRATIA, S. SEDIS MOGUNTINAE ARCHI-EPISCOPUS &c.
Everendo & Honorabili Nobis in Christo sincerè dilectis, devotis & fidelibus, Domino Petro, Episcopo Mylensi, Nostro in Pontificibus Vicario Diocesis Nostræ Moguntinæ, & Adolpho Godefrido Volusio, Ss. Theologice Doctori, Nostro in Spiritualibus Confiliarii & Sigillifero, Salutem in Domino sempiternam. Quemadmodum in regime Nostro Archi-Episcopali nihil hucusque habuimus antiquius, quam ut non modò intra Diocesis, sed etiam totius Nostra Provincie Moguntinæ terminos, Ecclesiarum pax & concordia conferyaretur, & lites, quanquam fieri posset, imminuerent; ita omni studio adlaboravimus, ut hinc inde exorreter controverſie amicabilis compositione terminarentur. *Eadem planè mens Nobis fuit, quando ex parte Heribolensis Diocesis Nobis tanquam Metropolitanis iteratis vicibus querela fuere influerat*, qualiter Dominus Abbas Fuldenſis jus illius Episcopale in certis sui Principatis finibus libi vendicare intendat, & quod, non obſtante aliquorū oblatā pacificā transactione, harum aliquam haētenus admittere reculaverit; quæ Nos commoverunt, ut vos, de quorum prudentia & dexteritate plurimū in Domino confidimus, ad prædictum Dominum Abbatem, tanquam Mediatores, vice & autoritate Nostræ Archi-Episcopali Moguntinæ amandando duxerimus, ut Suam Dilectionem imprimis certiore reddaris, non effe ullatenus Nostræ mentis, iuribus Exemptionis, ac alijs privilegiis Ecclesiasticis vel temporalibus, quibus Principale Monasterium Fuldense, aut alia ejusdem diſtriictus loca gaudeat dignoſcitur, vel in minimo aliquid destrahere, sed hoc taurum prefenti Nostri Legatione tentare, ut rationes & modi pacificandi antefatum Monasterium cum Ecclesia Heribolensi sincerè & solidè a vobis proponantur, & omni meliori modo suavioribus mediis in antecellum promoveantur; in caſu verò denegate ex parte ſape dicti Domini Abbatis transactionis pacifica, Eadem ex parte Nostra in qualitate Archi-Episcopi Moguntini denunciandi Visitacionem Archi-Episcopalem, eīmque, quoq; fieri poterit, actualiter & indicare exercendi, nec non acceptandi querelam ex parte Ordinariatus Heribolensis, citandi Dominum Abbatem Fuldenſem, & quovis interest habentes, procedendi ciuitat in forma juris

ordinaria, vel extraordinaria, usque ad finem cause, eamque pro conclusa acceptandi, & finaliter per sententiam autoritate Nostrâ Archi-Episcopali terminandi, in hoc iustibus nostris satisfacti. &c.

JOANNES PHILIPPUS, A. E. M. &c.

III.

COPIA Concordie inter Eminentissimum Principem Joannem Philippum, Archi-Episcopum Moguntinum, ut & Episcopum Heribopolensem, nec non Reverendissimum D. Joachimum, Abbatem Fuldensem, initia 23. Martii 1662.

Nos Dei gratia Joannes Philippus, Sanctae Sedis Moguntinae Archi-Episcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius & Princeps Elector, quâ Episcopus Heribopolensis, & Francie Orientalis Dux &c. Et Nos Joachimus, Abbas Fuldensis, Sacri Romani Imperii Princeps, Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primas &c. Notum facimus & pro Nobis, nostris Ecclesiis Heribopolensi, & Fuldensi, earumque successoribus, tenore praesentium, omnibus palam declaramus: Posteaquam inde à pluribus annis inter Honorabiles Praedecessores Nostros, Nos, & Nostris Ecclesiis multifariora diffractio- & contentiones, & in specie quidem circa prætentam à Nobis Episcopo Heribopolensi in diversa loca & parochias dictæ Fuldensis Ecclesiæ superioritatem Ecclesiasticam & jurisdictionem Episcopalem, exhorta sunt, ex quo schismata, & inordinationes, in rebus tam Ecclesiasticis quam Secularibus, in notable utriusque Ecclesiæ & boni publici præjudicium non vanè suggesti potuimus, quod tandem Nos Episcopus Heribopolensis, & Nos Abbas Fuldensis, suauè & fideli interpolatione Eminentissimi Principis & Domini, Domini Joannis Philippi, S. Sedis Moguntinae Archi-Episcopi, S. Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii & Electoris, Episcopi Heribopolensis, & Francie Orientalis Ducis, quâ Archi-Episcopi & Electoris Moguntini, Nostris imprimis dilecti & summè venerandi Domini & Amici, ex affectione & propensione vicinitatis, prævis ad Nostros ad id demandatos utraque ex parte Confiliarios, & respectivè Legatos, deliberatione, præprimis autem cum scientia & consenu Reverendorum Nostrorum Episcopi Heribopolensis dilectorum devotorum Præpositi, Decani & Capituli Nostræ Ecclesiæ Cathedralis Heribopolensis: ut etiam Reverendorum, Nobilium Nostrorum Abbatis Fuldensis dilectorum devotorum Decani & Capituli Ecclesiæ Fuldensis, in incrementum & conservacionem bona vicinitatis & mutua confensionis, nec nos tempora periculosa rerumque circumstantias accurritius perpendentes, perspectaque summâ exinde necessitate arctiori inter Nos unionis & in Nostra, præfertim Abbatis Fuldenis, Ecclesiæ bonum tendentis concordie, item omnem charitatis studio, tenore praesentium, invicem compoſuerimus, prout etiam eo, quo sequitur, modo componimus.

Primo quidem, cum ratione Episcopalis & Ecclesiasticae jurisdictionis (quam Nobis Episcopo Heribopolensi, & venerabilibus Nostris praedecessoribus, in diversa Fuldenis Sua Dilectionis Ecclesiæ loca, Cenobia & parochias competere haec tenus pretendimus) differentie nonnullæ obortæ essent, dum Sua Dilectione Fuldenis suprà dictam jurisdictionem Episcopalem a temporis immemoriam exercitam, & ad se traductam fuisse constantissime tueri voluit; ita convenit inter Nos & promissimus Nos Episcopo Heribopolensi, quatenus apud Dilectionem Suam Fuldensem, ejusque successores & Ecclesiæ, jurisdictionem Ecclesiasticam in spiritualibus hucusque prætentam nullatenus post hac urgere velimus, sed eandem pro nunc & perpetuis temporibus integraliter relinquimus liberè & benevolè penes Dilectionem Suam, ejusdem Successores & Ecclesiæ Fuldensem, ut Ecclesiæ Fuldenis sit maneantur etenim nullius Diocesis, habeantque ejusdem Antifites in Clerum & populum jurisdictionem ordinariam privativæ, qualis Prelatus Episcopo inferioribus, & defacto Reverendissimo Fuldeni, sive de jure, sive ex confundidine competit, hancque jurisdictionem exercet, ut haec tenus exercita est, tam in civilibus & matrimonialibus laicorum, quam in beneficialibus & criminalibus Clericorum, aliquis Ecclesiasticis Caufis quibuscumque, sive per se, sive per Vicarium aut Commissarium suum, quos constitutre & destituere, sicut & Clerum in omnibus tam curatis quam non curatis beneficiis influire & destituere, visitare, Synodus congregare, & alia omnia facere, quæ ab hac jurisdictione quasi Episcopali dependent, ipsis semper integrum sit) finè ullo appellandi jure ad Nos Episcopum Heribopolensem, salvo tamen jure Metropolitano, & remedio appellationis ad Metropolitum, juxta ordinem ab Ecclesia Catholica, cunctisque dieceſibus hijs provinciae Moguntinae laudabiliter receptum, & in viridi obſervantia conſtitutum, salva item libertate pro iis, quæ fuit Ordinis, quæque ex defectu gradis Reverendissimo Fuldeni competere nequeunt, non tantum Regulares, sed & Clericos seculares, sibi Principatus mitrendi sive ad Metropolitano, sive ad Nos Episcopum Heribopolensem, pro Ordinibus sacris suscipiens, salva item libertate quemcunque acerendi Catholicum Anniftitem pro Sacramento Confirmationis, consecrandis Ecclesiæ, Altaribus &c. idque Nostrâ, Nostrorum successorum & dieceſis interpellatione, contradictione & impedimento, quomodo libet nuncupentur, penitus remors. Nos tamen Abbas & Princeps Fuldenis in virtute praesentium per expressum palam declaramus, quatenus jurisdictione quali Episcopalis ab Archi-Episcopo & Electore Moguntino, utri etiam ab Episcopo Heribopolensi Nobis relieta non diutius, quam dum Ecclesia & Principatus Noster Fuldenis juxta fundationem sub Catholicorum manibus perfliterit, vigere & in suo robore permanere debeat. Ubi vero per vim ma-

jorem

orem, vel aliam quamcumque viam, (quod, ut speramus, avertet D^Ei clementia) in alienas, sive Catholicorum sive Acatolicorum manus devenerit, volumus & constituius, ut prædicto cau hæc transactio neque Archi-Episcopo Moguntino, neque Episcopo Heribopolensi cedar in præjudicium, nec illi hæc tencantur, sed Ius suum Episcopale plenariè tunc manutendni & liberè exercendi potestatem habeant; quernadmodum etiam Nos Joannes Philippus, quæ Archi-Episcopus Moguntinus, & Nos Joannes Philippus, quæ Episcopus Heribopolensis, hoc insperato casu Nobis iura Nostra & potestatem per expremum reservamus, & hanc cessionem solùm eò usque exclusivè ratam habemus, & declaramus.

Secundò. E contrario, quia presentis Concordie finis unicus est & intentio, ut *Nostri utriusque Archi-Episcopi Elektoris Moguntini & Episcopi Heribopolensis amicā & vicinali cooperatione & affinitati, Nostræ Abbatis Fuldenis Ecclesia cō melius adversus hostiles & violentias machinationes defendatur & protegatur;* hinc Nostræ Abbatis Fuldenis, Successores pro tempore existentes tenore præsentium obligentur, ut, quamprimum aliquis à Nobili Capitulo in locum Abbatis Principis sufficius fuerit, id ipsum semper *Nobis Elektoris Moguntino, ut Mediatori, & absque eo in provincia Moguntina Metropolitano, tum etiam Nobis Episcopo Heribopolensi per litteras notificare, arque insuper confirmationem remissi juris quæ Episcopalis, & actualem (si necessitas exigit) manutencionem ab eisdem petere teneretur.*

Tertiò. Quo factò etiam *Nos Archi-Episcopus, Princeps Elector Moguntinus, & Nos Episcopus Heribopolensis pro Nobis, Successoribus & Diacestibus Nostris tenore præsentium constituius & per licemur, quatenus vigore hujus Concordie Nos ad ita petitam à Sua Dilectione Fuldeni confirmationem jurisdictionis quæ Episcopalis eidem concepsit, absque ulis quidem impensis vel Taxæ cujusdam pensione impertendam, nec non ad præstandam re ipsa manutencionem cau eveniente pariter obstricti & obligati esse debeamus & velimus.*

Quartò. Ut autem in petitione respective confirmationis, & responforia declaratione, omnibus scrupulis & controversiis occurrit, conventionem est inter Nos omnes, quatenus ille sequentis tenoris esse, & constanter manere debeant, & quidem ex parte Nostra Abbatis Fuldenis *ad utrangu Suam Dilectionem, Moguntinam & Heribopolensem, (mutatis mutandis) ut sequitur:*

Præviā parata officiorum Nostrorum oblatione &c. Dilectionem Vestram pro veterè pro-pensat vicinitatis confidencia celare non debemus: quatenus Nos post deceplum Nostræ NN. Venerabilis Antecessoris p. m. concordibus suffragiis & electione Nobilis Nostræ Capituli hujatis in Abbatem & Principem Fuldensem non ita pridem, & quidem die N. electi fuerimus, simusq[ue] defacto in tranquilla Nostræ Abbatia & Principatus Fuldenis possessione constituti. Cum itaque attenti recolamus, quali Concordia Venerabilis Nostræ Predecessori Abbas N. anno N. cum Vestra Dilectionis Prædecessore, urypte Mediatore, ut etiam cum Sua Dilectione Heribopolensi celebrata, etenus se obligaverit, ut quis Princeps & Abbas Fuldenis mox ab electione confirmationem jurisdictionis Ecclesiasticae in Concordia Nostræ Ecclesie relinet, ut etiam manutencionem, ubi neccesitas flagitaverit, per litteras petat, & vicissim Vestra Dilectionis Nobis similitud ad eam per responforias sine recusatione impertendam, securitateque respectivè præstandam obstricta esse debeat & velit. Eapropter à Dilectione Vestra Nos officiōse flagitamus, ut ad has suprà memoratae Concordiae conformatas petitorias animum suum pariter etenus declarare dignetur, quatenus in pretacta Concordia continetur, & Pacifcentum intentioni congruit. Et permanemus ad officia Dilectionis Vestrae Nos & ad servitia prompti & paratissimi. Datum &c.

Responforia autem tum à Nobis Archi-Episcopo & Electore Moguntino, tum etiam à Nobis Episcopo Heribopolensi & Francie Orientalis Due, ad Suam Dilectionem Fulde, erunt (mutatis mutandis) vicissim tenoris sequentis:

Præviā &c. Tradite sunt Nobis litteræ perlumanæ Dilectionis Vestrae, ex quibus perlegimus, quatenus Dilectio Sua unanimi confenu Nobilis Capituli in Abbatem & Principem Fuldensem electa fuerit, sive in actuali & pacifica possessione constituta, quidque vigore Concordie Anno N. inita Nobis Sua Dilectio in annum revocare voluit. Ut ergo Nos Dilectioni Vestrae de obtenta hac principali dignitate, & administratione Ecclesie Fuldenis, omnem à D^Eo benedictionem & gratias & auxilia appreciamus; ita pariter ex præscripto præmemoratae Concordie non solū cessum tum temporis Dilectionis Vestrae Prædecessori, Successoribus & Ecclesiæ jurisdictionem Ecclesiasticanam in præsens plenariè denouo confirmamus & ratificamus, sed etiam promptos & paratos Nos declaramus, ubi Dilectionem Vestram, ejusdem Successores & Ecclesiæ præter spem & opinionem à quoconque demuni, & speciatim à Catholicu vel Acatolico vicino aut extero, circa supradictum jus Ecclesiasticum aut alia sua jura & jurisdictiones infestari aut turbari contingenter, Nos eidem omnem propinquam affidentiam, operam & manutencionem (pro ut cau à Dilectione Vestra requisiti fuerimus, & reliquo circumstantiae rulezint) nunquam negaturus. Quandoquidem Nos Dilectioni Vestrae &c.

Secundum hec omnia allerendo promittimus, atque etiam attestamur, Nos Joannes Philippus, quæ Archi-Episcopus Moguntinus & Mediato, tum etiam Nos Joannes Philippus, quæ Episcopus Heribopolensis & Francie Orientalis Due &c. & Nos Joachimus, Abbas Fuldenis &c. respetivè Elector & Principes, pro Nobis, *Nostris in Archi- & Diacestibus & Ecclesiis, Moguntina, Heribopolenti & Fuldeni, Successoribus, interpositis Nostris Electorali & Principalibus Dignitatibus, fide & fidelite, quod contenta in hac Concordia puncta omnia & singula firmiter inviolata servare, neque unquam iis contraire, vel contrarii permittere velimus, vel per Nos, vel per Nostras, quicunque vi exigitabili, quoconque demum nomine compellanda veniat, siue etiam præter hanc adducta hujus transactionis puncta, omnes & singuli olim fortassis habui-*

Tractatus & Conventiones, tenore præsentium, penitus abolentur, iisque per expressum petuò renuntiatur, ac omnes annulnantur.

In cuius rei fidem, constante & firmam observantiam, Nos sèpius memoratus *Joannes Philippus*, quæ *Archib.-Episcopus* & *Mediator* &c. tum etiam Nos *Joannes Philippus*, quæ *Episcopus Heribopolensis* & *Francie Orientalis* *Dux* &c. & Nos *Joachimus*, *Abbas Fuldensis* &c. hanc Concordiam manu propriâ subscrisimus. Et Nos *Joannes* ab *Heppenheim*, conditus de *Saal*, *Decanus*, & universum *Capitolum Ecclesiae Metropolitanae Moguntinæ*, uti etiam Nos *Joannes Hartmannus* de *Rosenbach*, *Decanus*, & *Capitolum universum Ecclesiae Cathedralis Heribopolensis*, & Nos *Matthias Benedictus* de *Rindorff*, *Decanus*, & *Capitolum universum Ecclesiae Fuldensis*, profitemur & notum facimus per presentes literas pro *Nobis* & *Successoribus Nostris*, quatenus hec Concordia *Nobis* scientibus & consentientibus facta fuerit, ut etiam in eam tenore præsentium consentimus fideliter, fraude & omni dolo remotis.

In cuius rei veram notitiam, ad Eminentissimi & Reverendissimorum Dominorum Nostrorum Electoris & Principum sigilla, etiam consueta Capitulorum Nostrorum sigilla his literis apposuimus. Actum, die vigesima tertii Martii, Anno 1662.

J. PHILIPPUS, A.M.E.H.
mpp.

JOACHIMUS, Abbas,
mpp.

(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)
Arch. Ep. Mog. & Ep. Herb.	Abbatis Fuldenf.	Cap. Metrop. Mog.	Cap. Cath. Herbip.	Cap. Abbat. Fuld.

IV.

Extractus Instrucciónis vel Mandati Ferdinandi II. Imperatoris, pro Legato Cæsareo ad Capitolum Fuldense, Sede vacante, de dato Ratisbonæ, 26. Decembris 1622.

FERDINANDUS &c.

Instrumento & Mandatum pro Nostro & Imperii Dilecto fidelis, Joanni Jacobo Kurtzen de Senffenau, Nostro Consiliario Imperiali Aulico & Camerario, quid vice Nostri apud Nostros honorabiles Dilectos devotos Decanum & Capitolium Ecclesiae Fuldensis proponere, agere & exequi debeat &c. &c.

In fine. Et postquam Reverendus Joannes Schweickardus, Archi Episcopus Moguntinæ, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi. Cancellerius, dilectus Nepos Noster & Elector, utpote predictæ Ecclesie Fuldenfis Metropolitanus, electionis Sue Legatum Fuldan barater ablegavit; hinc Legatus Noster in omnibus amicè cum eo communicabit, & iis, ut præfertur, ad finem deducit, ad aulam Nostram Cæsaream se denuo recipiat, humillimanus desuper relationem faetur. In quo clementissimum nostram exquerat voluntatem. Datum in Nostra & Sacri Imperii civitate Ratisbonæ, die 26. Decembris, Anno 1622.

V.

Extractus Instrumenti Notarialis appellationis Fuldenfis ad Curiam Metropoliticam Moguntinam, in causa matrimoniali & deflorationis Margaretha Stendorff de Steinau aetris eius, contra Jacobum Kraft ibidem, de Anno 1613, die 22. Januarii.

Notum sit omnibus atque perspectu. Et cum in Consilio Ecclesiastico Fulda à DD. Viciario & Assessoribus die 16. Januarii currentis Anni 1613, sententia definitiva pronuntiata sit sequens tenoris: In causa matrimoniali, deflorationis & adscriptionis prolis, Margaretha Stendorff, de Steinau, Aetris ex una, contra Jacobum Kraft, de codem loco, Reum ex altera partibus, Judge & Assessores Ecclesiastice Curia Fuldenfis Christi nomine invocato pronunciant, decernunt ac declarant, Reum Aetrici in matrimonium adjudicandum esse, prout Aetrici adjudicant, mandantes præterea ipsa partibus, ut hujusmodi matrimonium in facie Ecclesie solennizent, ac mortuò cohabitent, sive conjugalibus affectionibus mortuò perpetuant, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. In fidem hæc Archi-Diaco[natus] Sigillo roboravimus, lecta & publicata 16. Januarii 1613. Cum vero ego Jacobus Kraft per hanc sententiam definitivam latine conceperam & pronunciatam mihi explicaram me valde laetum & gravatum invenerim, & si assam non urgarem ulteriori, major mihil letio & præjudicium timenda forent; eapropter hisce in optimâ ac meliori juris forme in causa hac matrimoniali controversia cum omnibus & singulis annexis punctis & articulis ad Ecclesiasticam Curiam Sedis Moguntinæ appello & provoco, & causam hanc laudabilissimi Eminentissimi Electoris Consistorii Ecclesiastici profectioni & cognitioni subjicio. Judicem tamen à quibus honore in omnibus salvo.

Et quia Ego Severinus de Foffa, dictus Wechter, Imperiali autoritate Notarius, & Judicij Aulici Fuldenfis Procurator, porrecta & leste supra inserta schedule appellationis, facte requisitionis, oralis propositionis & interpositae appellationi personaliter præfens, & una cum rogatis testibus interfui, haec, que acta sunt, quam primum noravi, fideliter protocollo inferui, & in publicam instrumenti formam redigi, & per alium, quin negotiosi alii erant occupatus, ex proprio protocollo describi curavi, cum Originali collationavi, & de verbo ad verbum concordantia inveni. In quorum testimonium propriâ manu mea, pronomine & cognomine subscripti,

scripsi, & confueto Notariatu sigillo munivi, in fidem omnium & singulorum præmissorum ex officio fideliter requiritus & rogatus

(L. S.) SEVERINUS DE FOSSA, dictus WECHTER,

Nos. publ. in fidem mppr. subfcrip.

VI.

Extractus Protocolli Consistorii Fuldenis, in quo defertur appellationi prædictæ ad judicium Metropoliticum Moguntinum.

Actum Jovis 7. Martii, Anno 1613.

Martinus Krafft, Pater Jacobi Krafft, exhibuit Reverendo Domino Vicario in præsentia Notarii Instrumentum appellationis; quod, cum Reverendis Dominis Judicibus Sanctæ Sedis Moguntinae pro extractione processuum appellationis dubio procul sit exhibirum, supervacaneum exiftimavi, ad longam describere.

Actum 17. Martii, Anno 1613.

Dominus Wicelius, Notarius publicus, in prefatione duorum testium, exhibuit Reverendo D. Vicario, Joanni Ernesto, inhibitiones cum compulſorialibus & citatione admodum Reverendorum Clarissimorumque Virorum Dominorum Sanctæ Moguntinae Sedi Judicium.

Admodum Reverendus D. Vicarius antè dictus mihi infra scripto Notario gratiōe mandavit, ut acta & astirata in causa præsenti describerem, ipsisque partibus, (salvo tamen competenti meo salario) vigore prædictarum literariorum, traderem. Quod feci, ipsique Domino meo gratioso postmodum hec acta, in veritatis testimonium Archidiaconatus sigillo corroboranda, humiliter tradidi. Actum & datum Fuldae, Veneris, decimā nonā Aprilis, Anno 1613.

Ad Mandatum & iussum Rev. Domini Vicarii, Judicis & Commissarii,

HENRICUS HITZINGK,

præsentis cause & causarum Ecclesiastice Curie Fuldensis

Scriba Juratus & Notarius.

VII.

Processus Appellationum & citatio judicii Metropolitici, in causa præcedente.

Judices Sanctæ Moguntinae Sedis Universis & singulis Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, Vice-Plebanis, Cappellanis, Altaristis ac Notariis publicis quibuscumque per civitatem ac Diocesin Fuldensem, ac alias Provinciam Moguntinam ubilibet constitutis, & vigore præsumit requisitus, Salutem in Domino, & nostris ejusmodi Metropoliticis firmiter obediē mandatis. Vobis mandamus, quatenus Margaretham Stendorff, de Steinaw, appellatam & principalem, ceteris peremptoriè, quam nos eriam præsentium tenore sic citamus, ut vigesimā quartā die præsentium executionem ei factam immediate sequente, (quorum illi octo pro primo, octo pro secundo, & reliquos octo pro tertio ac peremptoria termino, canonica monitione præmissâ, præfigimus ac assignamus) juridica si fuerit, alioquin primā die juridica ex tunc proximè futurâ compareat coram nobis Moguntiae in Judicio, manè hora & loco confueris, ad dicendum & excipiendo mandamus. Quidquid Verbo vel in scriptis contra iura pro devolutione cause facientia, ac coram nobis repetita, nec non procedendum & procedi videndum & audiendum in causa appellationis, quam honestus Jacobus Krafft, de codem Steinaw, ut appellans ex una, contra & adversus dictam Margaretham Stendorff, & de super agnitione prolis & matrimonio, alisque rebus in actis latius designatis, & illarum occasione appellatam ex altera partibus, coram nobis prosequitur nostro in Judicio; alioquin nos contra ipsam, prout de jure, procedemus, ipsius absentia sive contumacia non obstantibus, ipsa eriam de certero duxata in tabula majoris Ecclesie Moguntine, prout moris est, citata sive vocata; de quo cerificetur, prout eandem certificeamus & citamus per præses. Datum Moguntiae, sub Sigilli nostri appensione, Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo tertio, die Mensis Novembri, decimā tertia.

ANTONIUS LABECHER,

Notarius.

VIII.

Littere reverentiales vel Apostoli Judicium Fuldenium ad Judices Metropoliticos Moguntinum, cum intercessionalibus pro appellata paupere, ut in forma pauperum processus instruatur.

Praevia nostra officiorum oblatione: Admodum Reverendi, Magnifici, Clarissimi, imprimiti Venerandi Domini & boni Amici.

Decimā septimā Mensis Martii super elapsi per Joannem Wicelium, Notarium publicum, Processus appellationum à vobis emanat, in causa Jacobi Krafft contra Margaretham Stendorff,

K 2

ex

ex Steinaw ad Hunam, nobis insinuati sunt, quos etiam cum speciali Veneratione accepimus, & in demississimum Suę Eminentia Electoratis honorem Notario Nostro petitorum Actorum expeditionem quamprimum mandavimus. Quia vero Aëtrix Margaretha in iis est constituta circumstantia, ut propter notoriā paupertatem Moguntiae comparere ipsi impossibile sit, nos etiam, ut ex Actis apparet, eā de causa de plano processimus, eo quod causus ipsius clarissimus; Eapropter amicè rogamus, quatenus ex causis allatis Aëtrici Procuratorem ex officio constitueret, & curare non graventur, ut protinus in causa procedatur, & cuilibet parti jus & justitia administretur; qui ad reciproca causa eveniente parati sumus, divine nos protectioni commendantes. Datum Fuldae, die 22. Martii 1613.

Officii
Vicarius & Affieffores Confistorii
Ecclesiastici Fuldensis.

IX.

Testimonium paupertatis à Confistorio Fuldenſi datum ad judicium Metropolitanum, in causa appellacionis Jacobi Krafft contra Margaretham Stendorff.

Vicarius Reverendissimi in Christo Patris Illustrissimique Principis ac Domini, Domini Joannis Friderici, Ecclesie Fuldenſi Abbatis, Divae Augustae Archi-Cancellarii, per Germaniam & Galliam Primatis, in Spiritualibus generalis, Joannes Ernelli, Sacrofancie Theologiae Doctor, Praepositus & Canonicus Collegiata Ecclesiae in Heunfeld &c. Universis & singulis praefentes literas testimoniales visuris fidem facimus & testamur, Margaretham Stendorff, de Steinaw ad Hunam, veræ fidei Catholicae cultricem, adeoque pauperem esse, ut nec sumptus processus appellacionis, inter praedictam Margaretham & Jacobum Krafft coram Admodum Reverendis, Magnificis, Clarissimis Confessorib[us] Dominis Sancte Moguntinae & Metropolitanae Sedi Judicibus vertentis, facere, nec ad praedictam Metropolitanam Selenam se conferre posuit. In quorum fidem hacten sigilli nostri majoris impræssione corroborari fecimus. Datum Fuldae VII. Maii Anno MDCXIV.

Ad Mandatum Rev. Domini Vicarii in Spiritualibus,

(L.S.)

HENRICUS HITZINGK,
*Lipprecht von Odenſis, pro tempore Confistorii Ecclesiastici
Fuldenſi Notarius.*

X.

Extractus Protocolli Confist. Fuldenſi de anno 1617. ejusdem Sententia, in causa Hansoni Krafft contra Engel-Schenck & Hansonem Hayeren, appellatio & Decretum refutatorium Judicium Fuldenſium, cum Actorum tamen extraditione.

Actum 15. Martii 1617.

In causa Hansoni Krafft de Steinhaus, impetrantis ex una, contra Engel-Schenck & Hansonem Hayeren, respectivè de Steinaw & Steinhaus, impetratos ex altera partibus, puncto Legis Diffamari, facta die decimā septimā Februario utrinque submissione, per Judges & Affieffores Confistorii Ecclesiastici Fuldenſi decretum est, processus Legis Diffamari ex causis moventibus cassandos esse, prout hisce cassantur, salvo tamen Fiscali contra Krafft, constituta ratione infirmata adulterii ab eodem cautione, per omnia actione, expensis compensatis, lecta & publicata 15. Martii Anno 1617.

Ziglerus nomine Hansoni Krafft indicabat, principalem suum per latam modū Sententiam maxime gravatum esse, ideo se, honore DD. Judicantium salvo, ad superius tribunal provocare & appellare, petebat instanter, instantius & instantissime, interposita appellacioni deferri, & apostolos reverentiales decerni.

Geidemus nomine Engel-Schenck & Hansoni Hayeren agit gratias, petit copiam, appellatio autem non deferri.

Rudolphus Wittenbergk Fiscalis indicabat, appellacionem in causa correctionis non esse admittendam, & cum appellans ad certum judicem non provocaverit, rogat, refutatorios decerni.

Dominus Judex inhæret lato Decrero.

Ziglerus inhæret suę interposita appellacioni.

Actum Jovis 13. Aprilis 1617.

Hanso Krafft insinuavit Judicio Ecclesiastico citationem & compulsofariales pro edendis actis à Sancta Moguntina Sede emanatas, eapropter à Notario Judicij Ecclesiastici ipsi datum est documentum facte requisitionis, & dein etiam die 25. Aprilis acta integra & completa extedita sunt.

Ita est.
HENRICUS HITZINGK,
Nosar. Confif. Fuldenſi.

XI.

XI.

Citatio & Compulsoriales in causa appellationis Fuldensis Hansoni Krafft contra Engel Schenck & Hansonem Hayerum, ad Iudicium Ecclesiasticum Fuldense.

Judices Sanctæ Moguntinæ Sedis, universis ac singulis Ecclesiis Reclitoribus, Plebanis, Vice-Plebanis, Capellani, Altaritis ac Notariis publicis quibuscumque, per civitatem Fulensem & Diœcesin Moguntinam constituti, & vigore presentium requisiti, salutem in Domino, & nostris hujusmodi ordinariis firmiter obedire Mandatis.

Noveritis, quod in causa appellationis pro parte honesti Hansoni Kraften de Steinhausen à quadam definitiva sententia per Venerabilem Officialem Curie Fuldensis, in causa, quæ coram eo inter prefatum Hanfönum Kraft, imperantem ex una, & honestum Engel Schencken & Hansonem Hayer, citatos, de & super insimul adulterio, aliisque rebus in actis latius designatis, & illarum occasione partibus ex altera, in prima vertebatur instantia, pro dictis citatis, & contra praefatum Hanfönum Kraften, imperantem, iniuste, ut afferitur, latè, ad nos dictamque Sedem Moguntinam loci Metropoliticam interponit, prout de hujusmodi appellatione, quantum pro praetentum sufficiebat obtenu, legitimè extitit facta fides, fuisse pro parte dicti Joannis Kraften, appellantis principalis, instanter requisiti, quatenus sibi citationem legitimam ad partes in solita forma decernere dignarem. Nos attentes, ejusmodi requisitionem fore justam, voluntésque in causa hujusmodi ritè procedere, & partibus iustitiam, ut tenemur, ministrare expeditam; idcirco autoritate nostrâ Metropolitica vobis omnibus & singulis supra dictis sub debito obedienti mandamus, quatenus mox vobis atque receptis illico praesentibus accedatis, quo & ubi propterea fuerit accedendum, & praefatis Engel Schencken & Hansonem Hayerem, appellatis ex adverso principales, ac altos quoscunque intereste habere prætendentes, citatis peremptori, quos nos etiam praesentum tenore sic citamus, ut tricelima die praesentium executionem eis factam immediate sequente, juridica si fuerit, alioquin primâ die juridicâ ex tunc proximâ futura, compareant coram nobis Moguntiae in iudicio, manu horâ & loco confutis, per se aut Procuratores suos legitimos ad hanc causam infra dictos, unâ cum omnibus & singulis actis & actitatis, quibus in hujusmodi causa uti voluerint, dicto Hansoni Kraften, appellanti principali, aut ejus Procuratori legitimo, de & super omnibus & singulis in hujusmodi appellatione contentis de iustitia responsuri, sine causa hujusmodi ad omnes & singulos actus & terminos judiciales observari solitos ad usque sententiam definitivam processuri, & procedi vobis, arque recepti, quod justum fuerit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes insuper dictos citatis five cirandos, quod five in hujusmodi citationis termino comparuerint, five non, nos nihilominus ad partis comparentis, & carissimam hujusmodi prosequi curantur instantiam, ad praemissâ & ulteriora, prout de jure poterimus, procedemus, iprorum absentia five contumacia non obstantibus, ipsis etiam de cetero duntaxat in tabulis Ecclesie Moguntiae, ut moris est, vocatis five citatis. Cum autem, sicut accepimus, dictus D. Officiale Curie Episcopalis Fuldensis & ejus Notarius in eorum reservacib[us] detinente[n]t acta & actitatis, partes inter predictas coram eis facta & habita, ac pro hujusmodi causa cognitione admodum necessaria sunt, sine quibus de hujusmodi causa meritis ad plenum constare non possit; Ne igitur ob hujusmodi actorum occupationem aliecius partium iustitia depriveat, vobis omnibus & singulis supra dictis modo praedicto, ac sub excommunicationis pena mandamus, quatenus eundem D. Officiale ejusque Notarium, & in hujusmodi causa coram eo scribam juratum, sub excommunicationis pena, quam, nisi fecerint ea, que eis in hac parte praecipimus, similiter ferimus in his scriptis, diligenter moneatis & requiratis, quos nos etiam praesentum tenore sic monemus & requirimus, ut infra duodecim dies praesentium executionem eis factam immediatè sequentes omnia & singula acta & actitatis, coram eo partes inter predictas habita & facta, integrè & complete, in authenticâ forma, clausa & sigillata, praefato Hansoni Kraften, appellanti principali, aut ejus Procuratori legitimo, nobis ulterius deferenda, absque ulla oppositione edant, tradant & affigent, & nostris hujusmodi compulsorialsibus literis effectualiter pareant, salario cujuscunque competenti salvo. Quodsi se rebellis & inobedientes reddiderint, nos dicto monitionis termino lapsi, dum requiri fuerimus, ad declarationem dictæ excommunicationis sententiae, ac alias ad ulteriora, prout de jure, procedemus, iprorum absentia five contumacia non obstantibus, ipsis etiam de cetero nonnisi in tabulis Ecclesie Moguntiae, ut moris est, vocatis five citatis, de quo certifcentur per praesentes. Datum Moguntiae, sub sigilli nostri appensione, Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, die mensis Aprilis quintâ.

Ad Mandatum prælibatorum Dominorum Sanctæ Moguntiae Sedi Iudicium,

ANTONIUS LABECHER,
Notarius.

XII.

Apostoli free Literæ reverentiales DD. Iudicium Fuldensium ad emanatas compulsoriales a Iudicio Metropolitico Moguntino.

Praevia officiorum nostrorum oblatione, & quidquid alias boni & grati valemus, Admodum Reverendi, Magnifici, Clarissimi, in primis Venerandi Domini & boni Amici.

Posteaquam in causa Hansoni Kraften contrâ Engel Schencken & Hansoni Hayeren compulsofariæ Admodum Reverendarum Dominationum Veffrarum literæ pro edendis actis ritè nobis insinuatae sunt, in eaurum sequelam dictorum actorum expeditiōnem Nostro Notario curandam quamprimum mandavimus, prout illi hisce clausa & sigillata transmittimus, vehe- menter rogantes, ut utrique parti, quod justum est, decernere, & ejusmodi delicta, quæ com- muniter grassari incipiunt, debitibz afficere pœnis dignentur; & fumus præter commendationem in divinam protectionem ad servitiam parati. Datum Fuldae, die 28 Aprilis, Anno 1617.

Admodum Reverendarum &c.

paraffini

Confistoriales & Confilarii Ecclesiastici Fuldenses:

Omittimus bīc, plura alia appellationum Fuldens. ad Judicium Metropoliticum Moguntinum aela excerpere, exempli causā: appellationis Fuldensis, Henrici Birkenbach, appellantis, contra Dor- theam Denckberin, appellatam, de Anno 1626. &c. &c.

XIII.

Deciso S. Rotæ coram Emerix, Decano, Heribopolensis rescissionis Concordiæ, Lune 4. Febr. 1692.

Domi responderunt, locum esse rescissioni Concordiæ, per quam Anno 1662. bo. me. Joannes Philippus, Archi- Episcopus Moguntinus, tanquam Episcopus Heribopolensis, declaravit, Abbatiam Fuldensem nullius Diocesis, ac celsit Abbatii & ejus pro tempore suc- cessoribus jurisdictionem ordinariam privativam in eisdem Abbatia & illius Clerum & populum, cum facultate cognoscendi causas civiles, matrimoniales, criminales, beneficales & alias Eccle- siasticas quascunq[ue], nec non instituendi, ac destituendi, vicitandi, synodus congregandi, & generaliter explendi omnia alia ad jurisdictionem quasi Episcopalem spectantia, nullo prorius jure penes se retento seu reservato; mox ex eo, quod in concordia non adiut Beneficiatum Apostolicum & iusta causa, qua copulatively requiruntur ad hoc, ut suffineatur concordia inita super bonis & iuribus Ecclesiæ, cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. gloss. in cap. Contingit, de transact. Federic. de Jen. Conf. 94. per rot. Rot. decis. 1. 4. dec. 314. n. 8. & 9. par. 11. rec. & dec. 10. n. 4. & 5. cor. cl. me. Card. Cervo. Aliis enim cessante Sedis Apostolicae Beneficiatio Concordia censeretur inita cum perfonis magis, quam cum Ecclesiis, neque ligat successores, cap. Veniens, de transact. Gratian. discept. 674. n. 1. & seqq. Rot. dec. 290. n. 16. & 17. cor. Bich. & dec. 662. n. 8. & seqq. cor. cl. me. Card. Cerv.

Non adiut, inquam, in Concordia Beneficiatum Apostolicum, quoniam expressum non exhibetur, & præsumptum allegari nequit, ex eo, quod à die celebrate Concordiæ, usque ad diem mortis litis, non effluit saltem tempus 30. annorum, quod una cum observantia necessaria est ad illud inducendum, adden. ad Gregor. dec. 35.4. n. 10. & 18. Rot. dxc. 382. n. 54. cor. Bich. & in Neapolitan. Canonum & quindenniorum 9. Junii 1681. §. Si quidem, cor. bo. me. Rondinino. Nec similiter iusta causa, quia nullus substitit aut evidens utilitas Ecclesiæ, que sunt iustæ causa transfigendi super illius iuribus, Covarr. var. ristal. &c. lth. 2. cap. 17. n. 2. Rebuff. de alien. re. Eccles. n. 9. Rot. dec. 445. n. 3. dec. 1254. n. 12. & dec. n. 9. cor. Coccino.

Neque necessest aut evidens Ecclesiæ utilitas defumti valer ex narratibus in Concordia contensis, quod scilicet inter Episcopum & Abbatem excitate essent contentiones, ac lites, quodque Abbas ab immemorabili tempore existeter in qua possesse exercevit Episcopalem ju- risdictionem. Quia de his non confat, nisi ex confessione Episcopi, que non attenditur in præjudicium Ecclesiæ, & successorum Angel. conf. 245. n. 8. vers. Et tunc cum ista Confessio, Rot. dec. 290. n. 20. par. 4. recent. tom. 2. dec. 490. n. 5. & 7. cor. Merlin. & dec. 328. n. 18. cor. Bich. & quatenus etiam aliquo modo confaret, adhuc illa præbere quidem poterant causam transactioni, non autem omnimodo dimissione Episcopalis favore Abbatis: Nam de natura transactionis est, ut aliquid hinc inde detur vel remittatur, l. Transactio, C. de transact. mo- dern. Forvilonien. de transact. qu. 100. n. 2. & 3. Rot. dec. 88. n. 5. & dec. 187. n. 7. coram Royis.

Tantò magis, quoniam immo (quod attinet ad punctum Episcopalis jurisdictionis) docetur pro parte moderni Reverendissimi Episcopi, Abbatiam Fuldensem fidam esse intra limites Diocesis Heribopolensis, ac ipsis Episcopos pro tempore in eadem Abbatia, nec non in illius Clerum & populum gessisse plures actus ordinariae jurisdictionis, ut de situatione liquet ex enunciatis editis à pluribus scriptoribus aliisque personis, ex depositionibus testium, ac descriptione Mo- nasterii Fuldensis in Diocesi Heribopolensi, existente in libris Cancellariae Apostolicae, que, quando præsertim, ut hic, non concurrevit aliis Episcopos, bene probant situationem, ut plene omnibus ponderibus dictum fuit in Leodiensi Jurisdictionis, 23. Januarii 1679. cor. me. & in Brixinen. Jurisdictionis, 5. Juli 1688. §. Situatio, & pluribus seqq. coram R. P. D. meo Caprara, ac de ufo, fine exerciti ordinariae jurisdictionis ex institutionibus ad beneficia, confirmationibus, & creationibus Beneficiorum, ordinationibus Clericorum, exactiōibus iurium Episcopaliū, cognitionibus caularum matrimonialium, aliisque latè deductis in Summ. Episcopi ex num. 8. usque in fin. unde etiam insubsistens & erronea datur narrativa juris & exerciti Episcopalis jurisdictionis penes Abbatem. Ex ita &c.

XIV.

XIV.

COPIA Literarum Reverendissimi Abbatis & Principis Fuldenfis, Placidi, ad Eminentissimum Archi-Episcopum & Electorem Moguntinum, Anselmum Franciscum, de anno 1689, die 31. Augusti.

Prævia officiorum nostrorum oblatione, & quidquid alias boni valemus. Reverendissime Princeps, Domine perquam Honore. Dilectionem Vestrarum in difficulti rerum modernarum staru, gravissimis Imperii aliisque ceteroquin negotiis distentam, Nostris Nostraque Ecclesiæ Nobis commissæ, quibus contra fas omne implicatur, circumstantis sollicitare auli vix fuissimus, nisi Vestrarum Dilectionis Orbi, Nobis autem præprimis nota æquantitas, uia & proprium Dilectionis Vestrarum & Ecclesiæ Archi - Episcopalis libi concredita commodum & intercessus animum Nobis adderet, continua, quibus ab Episcopo Herbipolensi Ecclesia Nostra usque huc presa est, perfeciones pluribus exponendi. Absque eo notum satis est, qua ratione alterfatus Princeps & Episcopus Herbipolensis ex causis minime relevantibus contra jus & iustitiam discordias quartum inter Dilectionis Vestrarum in Archi- & Episcopatibus Moguntino & Herbipolensi, & secundum in Ecclesia mea Fuldenfis prædecessores, piissime recordationis, ratione juris Episcopalis in diversa dictio Nostra loca ab Episcopo Herbipolensi tum temporis praetensi exortas, & per Concordiam de Anno 1662. cum consensu Capitulorum Metropolitani Moguntini, Cathedralis Herbipolensis & Abbatis Fuldenfis, amicis scepis, resolutare, Concordiam ita erectam, atque Dominis Prædecessoribus suis confirmaram, & usque huc semper ilibatam, cassare, & annullare nihil non meditari, adeoque in Curia Romana contra fas Nos in ius vocare non verestrur.

Quandoquidem igitur calamitosis hisce temporibus, ubi Catholicci potissimum undique premuntur, vel maximè Nostrum id affligit animum, & optaremus potius, ut in pace & maiori cum omnibus eminentioris & inferiori Status vicinis confensione animorum vivere licaret, Nobisque penitus persuadeamus, Dilectionem Vestrarum ad id absque eo pronam, omnémque eum in finem operam libenter collaturam, & diffida ejusmodi penitus abhorre.

Hinc et fredi fiducia Dilectionem Vestrarum pro amicitia & vicinitatibus iure requiritam & rogatum volvimus, quatenus dictio Sua, Episcopum Herbipolensem, à prætentione dicti juris Episcopalis, & capropter prosequenda allegate supra Concordia annulatione serio dehortari, aut, si id effectu careret, apud Sua Sanctitatem ranta negotium hoc energiæ commendare dignetur, ut alterfatus Sua Sanctitas ad dehortandum ab injuriis conatus Episcopum Herbipolensem, vel penitus desistendum, eò efficacius permovereatur; quodsi etiam suo deftineretur opato eventu, cum absque eo Dilectionis Vestrarum, & Ecclesiæ libi concredite, Concordiam de Anno 1662. in suo robore conservari, ut plurimum interficit, eò majori fiducia erigimur, non concessuaria Dilectionem Vestrarum, ut dicta Concordia omnino tollatur, sed potius auxiliatrices Nobis manus porrecturam, causa Nobiscum communem initiram, aut faltem apud Sedem Pontificiam vel denominatam Commissionem per Agentium suum ibidem interventuram, & pro conservations dictæ Concordia unitis viribus allaboraturam. Idquod Nobis, & commissariis Nobis Ecclesiæ singulari accider solatio, Nósque alias demererit non intermittemus, qui ad grata cærevoquin exhibenda officia absque eo parati semper & studioi permanemus. Datum in civitate Nostra Fulda, die 31. Augusti 1689.

Dei Gratia Placidus, Abbas Fuldenfis, S.R. Imp. Princeps, Roman. Imperisticus Archi-Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primus.

Officiorum

P L A C I D U S.

Inscriptio.

Eminentissimo Principi, Domino Anselmo Francisco, Sanctæ Sedis Moguntinae Archi-Episcopo, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellario & Electori, Domino Nostro summe Venerando.

Erfordia.

XV.

COPIA responsiarum Eminentissimi Elect. Mog. Anselmi Francisci, ad Reverendissimum Placidum, Abbatem Fuldensem.

Percepimus ex perhumanis Dilectionis Vestrarum literis de 31. Augusti, mox elapsi, quatenus Dilectio Sua, Episcopum Herbipolensis, Concordiam Anno 1662. quartum inter Prædecessorem Nostrum, tam quam Archi-Episcopum Moguntinum, quamquam Episcopum Herbipolensem, & Ecclesiæ Fuldensem, ratione juris Episcopalis erectam, ab omnibus Capitulis ratificaram, & Ecclesiæ Fuldensem, utrumque Dilectio Vestrarum propter bonum communem Nostram afflentiam, & ut Roma cause communis afflentamus, implorare voluerit. Nos in medio relinquimus, utrumque causæ principales & motiva Herbipoli, & portissima, ob quam dicta Concordia erecta est, intentio prout expedit, penetrantur, & annon per haec molimina fuo tempore rei Catholice non unum inferri queat prejudicium? in ea tamen semper con-

L 2 stantes

stantes sumus sententiâ, necesse esse, ut hi conatus plurimûm periculosi omni modo retundantur. Quem in finem, & pro tuitione Concordia, licet omni modo Nostrâ implere partes, & ad Dilectionem Suam Heribopolensem dare literas prout essent; Dilectioni tamen Vestrae opidò notum est, exulceratis hinc rerum circumstantis nec Conſiliarios Nostros, nec Acta necessaria Nobis ad manus esse, per conſequens Nos etiam impediti, quoniam pro rei exigentia manus admoveamus. Non dubitamus, quin Dilectio Vestra Nos pro hac vice libenter habeat excusat, & fibi perſuadeat, recuperata brevi, ut speramus, Moguntiâ, Civitate Nostrâ refi- dentiali, & redintegrato Conſiliariorū Noſtrorum & Archivii tū, cauſam pro circumſtantiarum neceſſitate ad animum revocaratos, & pro tuitione dictæ Concordia confilia ulteriora cum Dilectione Vestra communicaratos; dum interim non credimus, Sede Apostolicâ nunc vacante quidquam Rome in præjudicium vel velle vel poſſe intentari. Idquod Dilectionem Vestram officiōe non celantes, permanemus &c. Datum Erfordiæ, 3. Septembris 1689.

XVI.

*COPIA Literarum Reverendissimi Placidi, Abbatis Fuldensis, ad Eminentissimum An-
jelum Franciscum, Elec̄torem Moguntinum, d. d. 28. Octobr. 1689.*

Praevia Officiorum oblatione &c. Quernadmodum Dilectio Vestra Electoralis pro conſervatione & Archi-Episcopali propriorum non minùs, quam Ecclesiæ Noſtræ jurum tuitione contra Dilectionem Suam, Episcopum Heribopolensem, ratione juris Episcopalis vel quafi, ab eo Noſtri in ditionibus præteriti, omnem ubique ferre openo prono ſe animo declaravit; ita Dilectionem Vestram celare non poſsumus, quatenus Dilectio Sua, Episcopus Heribopolensis, in Curia Romana literas remiforiales, & Commiffionem compulſorialiē in perfonam Dilectionis Vestrae Electoralis Suffraganei Moguntinenſis obtinuerit, & decimā octavā hu-
ijs à Clerico Heribopolensi, juncta à dicto Suffraganeo emanata citatione ad comprehendendum intra 30. dies Francof. in curia Archi-Diaconali, in finem, examinandi utriusque partis jura, ex im-
provifo & cum non exiguā Noſtra admiratione Nobis infinuari voluerit. Quare Dilectionem Vestram Electoralē officiōe requiriſimus, quatenus Suffraganeum Suum monere dignetur, ut preprimes Archi-Episcopalia, tum etiam Noſtra Ecclesiæ jura & intereffe eō magis cordi ha-
beat, cum Dilectionis Vestrae Electoralis exinde depeſeat authoritas; ſiquideſi per Dilectionis Vestrae Praedectoris, piffima memoria, & Ecclesiæ Metropolitanæ Decani & Capitularium interpositionem, hæc ex parte Heribopolensi formata, nunquam verò concessa juris Episcopalis vel quaſi præterito penitus ſopita utriusque tam Heribopolensi, quam Noſtra Ecclesiæ Ca-
pitularium conſenſu extinta fuit. Contenta literarum remiforialium cum annexis Noſtri in Conſilio penitus expendemus, & quamprimum id, quod rei neceſſitas exigeat, omni studio obſervabimus. Dilectionis Vestrae Electoralis pronam in Nos ſemper benevolentiam, promi-
tamque reſolutionem sperantes, ad omnia officia paratiſimi permanentes, Datum in Noſtra civi-
tate Fuldae, 28. Oct. 1689.

Dei gratiā Placidus, Abbas Fuldensis, S. R. I. Princeps, Divi-
nitatis diuinae Augustae, Augufta Archi-Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primas.

Dilectionis Vestrae Electoralis

Officiorum

PLACIDUS.

XVII.

Responſoria Eminentissimi Archi-Episcopi, Principiſ Elec̄toris Moguntini, Anjelmi Francisci, ad Literas precedentes.

Accepimus ea, que Dilectio Vestra ſuper præterito à Dilectione Sua, Episcopo Heribopolensi, in ditione Fuldenſi jure Episcopali, & capropter impetrata in perfonam Noſtri Suffraganei Moguntini Commiffione Apoſtolicâ, officiōe Nobis voluit communicare. Cum igitur Nobis defupere nihil hucusque innoverit, nec etiamnum perſpicere valeamus, quo ejusmodi tendat Commiſſio, quivis ſit eius finis & intentio; Nos minimè omittemus, ad Noſtrum modò dictum Suffraganeum pro cauſa exigenſia reſcribere, ac alia per eundem non minùs, quam Conſilium Noſtrum ex obſervari facere, que negotiū neceſſitas & circumſtantia, nec non utriusque utilitas & intereffe poſtulabunt. Dilectioni Vestrae ad exhibenda amicitia officia prout perma-
nemus. Datum Auguftæ Vindelicorū, 5. Novembris 1689.

ANSELMUS FRANCISCUS.

A. E. M.

XVIII.

*COPIA Reſcripti Electoralis ad D. Matthiam Starck, Episcopam Coronensem in Par-
tibus, Suffraganeum Moguntie.*

Quid Dilectio Sua, Abbas Fuldensis, ſuper impetrata per Dilectionem Suam, Episcopum Heribopolensem, contra eundem in Curia Romana Commiſſione in perfonam vestram ad Nos ſcriperit, quidque in ſuper Nos rogare voluerit, ex adjuncta copia plenius intelligeris. Cū

Cum igitur de his, & quod ejusmodi tendar commissio, planè nihil Nobis innotescat, volumus, ut Nobis vestram hoc in negotio mentem aperiat, & necessariam desuper ad Nos relationem transmittatis, ante omnia vero omni studio laboreti, ne quidpiam inibi agatur, quod Nobis vel Archi-Dioecesi Nostrae valeat praejudicium aliquod generare. Quem in finem hac in causa fedulò cum Nostro Consilio communicabit, & ex actis in Archivio Nostro, jus Episcopale in distinctionem Fuldensem concernentibus, necessariam eruetis notiam. Idquod celare vos nolimus, & propensam in vos voluntate permanemus. Datum Augustæ Vindelicorum, 5. Novembris 1689.

ANSELMUS FRANCISCUS.

A. E. M.

XIX.

COPIA alterius Rescripti Eminentissimi Electoris Moguntini, Anselmi Francisci, ad eundem suum Suffraganeum Moguntinum.

EX literis vestris sine dato, que decimâ nonâ hujus ad Nos pervenerunt, plenius inrelliximus, quis fit statu Commissionis in causa Herbipolensi contra Fuldensem, punto juris Ordinariatus & Diocesani à Curia Romana ad audiendos testes vobis demandatae. Cum igitur nullum Nobis, Nostróque juri Metropolitico praedictum exinde generari posse existimat, in omnem etiam eventum desuper invigilare spondeatis, permittimus libenter, ut dictam Commissionem Apostolicam continuetis, sperantes tamen fore, ut desuper relationem vestram ad Nos transmittatis. Interea dedimus in mandatis, ut unus Registratorum Notariorum se conferat Erfordiam, qui documenta ex Archivio Nostro hanc causam concernentia conquirere, & vobis communicare poterit. Benevolâ vobis voluntate & omni bono affecti permanemus. Datum Augustæ Vindelicorum, 29. Novemb. 1689.

ANSELMUS FRANCISCUS.

A. E. M.

XX.

COPIA Literarum Reverendissimi D. Abbatis & Principis Fuldenis, Placidi, ad Reverendissimum & Illusterrimum Capitulum Ecclesiae Metropolitanæ Moguntinæ, d.d. 18. Novemb. Anno 1689.

Dei gratiâ Placidus, Abbas Fuldensis, S. R. I. Princeps, Diva Augusta Archi-Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primas.

Præviâ Nostrâ amicitia & omni bono! Admodum Reverendi, Nobiles, in primis dilecti & devoti. Admodum Reverendis Dominis & Vobis absque eo plurimâ ex parte notum erit, quâ ratione Sua Dilectio, Episcopus Herbipolensis, quin vel minimam Nostrâ ex parte anfam derimus, Concordiam illam, Joannem Philippum, felicis recordationis Archi-Episcopum & Electorem Moguntinum, nec non Episcopum Herbipolensem inter, & secundum nostrum Prædecessorem, Abbatem Joachimum, piissima pariter memoria, super jure Episcopali, ab Herbipolensis in diversa diotionis Nostrâ parochias & loca tum temporis pretenso, sed nunquam possefio, multo minus legitimè exercito, & Nostra ex parte semper contradicto, trium Capitulorum ratificatione & confente anno 1662. eretam, à tor Archi- & Episcopis hucusque confirmatam, & illibatè semper custoditam, subvertere, & per Commissionem à Sede Apostolica impetratam, ex prætextu deficientis beneplaciti Apostolici minimè fundato, penitus anni hilare velle, scipsum, Nos & Nostras Ecclesias non necessario litigio implicare, & omnibus S. R. I. Catholicis Ecclesias maximum inferre praedictum non vereatur; siquidem subsistente ejusmodi fundamento necessarii beneplaciti Apostolici, ne minima validè intiri Concordia, vel erigi valeret. Quantumvis igitur iustitia caute Nos plenari confidamus, nec mali quid formidemus, sed vi tricem potius suo tempore speremus sententiam; nostrum tamen, qui pacem cum vicinis semper præzelimus, non parum percellit animum, quod liti aded odiose, difficile & minimè necessaria contra voluntatem implicemur. Quandoquidem autem persuasum habemus, à Vobis ejusmodi molimina non probari, sed optari potius, ut, quod Principes & Magnates pro conservatione, & vicina confidentia incremento antea amicè invicem concordarunt, & Capitulo utrobique confensu unanimi ratum habuerunt, à posteris firmiter observetur, nec tam facile revertatur, periculosis etiam hinc rerum circumstantiis, ubi causa Catholica potissimum periclitatur, inter vicinos ejusmodi continuos animorum consensus procuretur.

Quare necesse vînum est Nobis, hisce Vobis &c. remonstrare, amicè requirendo, quatenus apud Dilectionem Suam, Episcopum Herbipolensem, ad plantandam majorem harmoniam, conservandam magis vicinitatem, & præsentibus etiam belli turbulentis temporibus stabiliendam animorum Concordiam officia multum valitudo interponatur, & ut Sua Dilectio à processu tam iniquo abstineret, suprà nominatè solenni, & usque huc ab omnibus partibus intercessatis sanctè semper observante Concordia etiam deinceps simpliciter inhærente, & fideliter absque contradictione eam observare, nec non stabilitam vi dicti Recessus Concordiam cuto tide dignetur, efficas & ponderosas instantias decenter facias. Ut nunc omnem in Vobis & potissimum ponimus

M

mus

mus fiduciam, ita Vestram desuper gratam Nobis futuram declarationem, unde cum eventu se-
cundo praeftolamur, quibus alias ad amicitiam, & omne bonum praeftandum proni, parati &
studiosi permanemus. Datum Fulda, 18. Novemb. 1689.

Admodum Reverendorum

Benz affectionatus

ANSIENS TRANSCRIPTUS
PLACIDUS.

XXI.

COPIA Literarum Reverendissimi Abbatis Fuldensis, Placidi, ad Eminentissimum Ele-
ctorem Moguntinum Hartardum, pro confirmatione Concordie anno 1662. & cesse
jurisdictionis Ecclesiastice primae instantiae, ante decisionem S. Rote de Anno 1692.

Praevia &c. Dilectionem Vestram Electoralem pro vetere vicinitatis confidentia officiosè ce-
lare non debemus, quatenus Nos post obitum Eminentissimi & Serenissimi Principis, Domini Bernardi Gustavi, S. R. E. Cardinalis, quā Abbatii Fuldensis, Venerabilis Nostri prae-
decessoris p. m. unanimi Voto & Suffragio Nobilis Nostri Capituli hic in Abbatem & Principem
Fuldensem nuper, & quidem 4. Januarii electi fuerimus, simusque actū in tranquilla Nostre
Abbatia & Principatus Fuldensis possessione constituti. Cimè itaque attenti recolamus, quali
Concordia Venerabilis Nostri Prædecessor, Abbas Joachim, Anno 1662. die 23. Martii, cum Di-
lectionis Vestra Electoralis Domino Prædecessore, utpote Mediatore, nec non qua Episcopo
sum temporis Herbipolensis, celebrata, etenim se obligaverit, ut quisvis Princeps & Abbas Ful-
densis mox ab electione confirmationem jurisdictionis Ecclesiastice, utri criam mutuententiam,
ubi necessitas postulaverit, per literas petat, & vicissim Vestra Dilectio Electoralis Nobis simili-
ter ad hujusmodi per responfiorias finē recufatione impertendam, securitatēmque respectivā
præstandam obſtricta esse debeat & velit; capropter à Dilectione Vestra Electorali Nos officio
sè flagitanus, ut ad has suprà memoratas Concordia confonas petitorias animum Suum pariter
etenus declarare dignetur, quatenus in prædicta Concordia continetur, & Pacifcentum inten-
tionem congruit. Et permanemus ad officia Dilectionis Vestra Electoralis semper promptissimi.
Datum in civitate Nostra Fulda, die 4. Februario 1678.

DEI gratia Placidus, electus Abbas Fuldensis, Diva Augusta Archi-
Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primus.

Dilectionis Vestra Electoralis

Officiorum

PLACIDUS, Electus Abbas Ful.

XXII.

COPIA responsoriarum Eminentissimi D. Damiani Hartardi, Archi - Episcopi & Elec-
toris Moguntini, ad Reverendissimum Placidum, neo- electum Abbatem & Principem
Fulensem.

Praevia &c. Tradite sunt Nobis litera Dilectionis Vestrae sub 4. Februario mensis elapsi,
ex quibus perlegimus, quatenus Dilectio Sua unanimi confensu Nobilis Capituli in Ab-
batem & Principem Fuldensem die 4. Januarii electa fuerit, sicut defacto in actuali & pa-
cifica possessione constituta, & quid vigore Concordia, Anno 1662. inita, Nobis Sua Dilectio
in annum revocare voluit. Sicut igitur Nos Dilectioni Vestrae de obtenta hac Principali Di-
gnitate, & administratione Ecclesie Fuldensis, omnem benedictionem, gratas & auxilia à Dō appre-
ciamur; ita pariter ex praescripto prememoratae Concordie, non solum jurisdictionem
Ecclesiasticam, tunc temporis Dilectionis Vestrae Prædecessoribus & Ecclesie concessam, in
prefens plenariè denuo confirmamus & ratihabemus, sed etiam promptos & paratos Nos de-
claramus, ubi Dilectionem Vestram, ejusdem Successores & Ecclesiam, prater spem & op-
tionem, à quoconque demum, & speciatim à Catholico aut Acatolico vicino, vel extero,
circa suprà dictum jus Ecclesiasticum, aut alla Sua jura & jurisdictiones infestari, aut turbari
contingere, Nos eidem omnem propinquam afflitionem, auxilium & manutentiam (prout
eo casu à Dilectione Vestra requisi fuierimus, & reliqua circumstantiae tulerint) nunquam ne-
gaturos. Permanemus &c. Datum Moguntiae, 17. Martii 1678.

XXIII.

XXIII.

COPIA Literarum Reverendissimi Adalberti, Abbatis Fuldenis, ad Eminentissimum Elector. Mogunt. Lotharium Francicum, post recessam in Rota Concordiam Herbipoli.

Praevia &c. Dilectionem Vestrarum Electoralium pro vetere propensitate vicinatatis confidentia officiosè celare non debemus, quatenus Nos post obitum Reverendissimi Principis & Domini, Domini Placidi, Abbatis Ecclesie Fuldenis, S. R. I. Principis, Diva Augusta Archi-Cancellariae, per Germaniam & Galliam Primatis, Venerabilis Nostris Prædecessoris p. m. unanimi voto & suffragio Nobilis Nostris Capituli hic in Abbatem & Principe Fuldensem hesternā die, primā labentis, electi fuerimus, simusque actū in tranquilla Nostra Abbattie & Principatus Fuldensis posseleßione constituti. Cum itaque attenti recolamus, quali Concordia Venerabilis Nostris Prædecessoris, Abbas Joachim, Anno 1662. die 23. Martii, cum Dilectionis, Vestrarum Electoralis Domino Prædecessore, utpote Mediatore, ut etiam cum Sua Dilectione, Episcopo Herbipolensi, celebrata, eature se obligaverit, ut quivis Princeps & Abbas Fuldensis mox ab electione confirmationem jurisdictionis Ecclesiastice Nostrae Ecclesiae in illo Receptu concessæ, utri etiam manuementiam, ubi necessitas flagitaverit, per literas petat, & vicissim Vestrarum Dilectionis Electoralis Nobis similiiter ad hujusmodi per responsorias finē recuſatione impertiendam, securitatemque respectivē prestandam obſtricta esse debeat & velit; eapropter à Dilectione Vestrarum Electoralium Nos officiosè flagiramus, ut ad has suprà memorata Concordia confonas petitiones animus. Suum pariter declarare dignetur, quatenus in prædicta Concordia continetur, & Pacientium intentioni congruit. Et permanemus ad officia Dilectionis Vestrarum Electoralium semper paratissimi. Datum in Nostra civitate Fulda, die 2. Julii Anno 1700.

DEI gratiâ Adalbertus, Abbas Fuldenis, S. R. I. Princeps, Diva Augusta Archi-Cancellaria, per Germaniam & Galliam Primas.

Dilectionis Vestrarum Electoralis

Officiorum

ADALBERTUS, electus Abbas.

XXIV.

COPIA responsoriarum Eminentissimi Lotharii Francisci, Electoris Moguntini, ad Reverendissimum Adalbertum, electum Abbatem Fuldensem.

Praevia &c. Tradita sunt Nobis literæ Dilectionis Vestrarum sub dii secunda labentis, ex quibus perlegimus, quatenus Dilectione Vestrarum unanimi consensu Nobilis Capituli in Abbatem & Principe Fuldensem electa fuerit, sitque defacto in actuali & pacifice posseleßione constituta, & quid vigore Concordia, Anno 1662. inita, Nobis Sua Dilectione in annum revocare voluit. Sicut igitur Nos Dilectioni Vestrarum de obtenta hac dignitate Principali, & administratione Ecclesiæ Fuldenis omnem benedictionem, gratias & auxilia à DEO appreciamur; ita pariter ex praescripte præmemorata Concordia, non solum jurisdictionem Ecclesiasticam, tunc temporis Dilectionis Vestrarum Prædecessoris p. m. corum Successoribus & Ecclesia concessam, in praesens plenariè denovo confirmamus & ratihabemus, sed etiam promptos & paratos Nos declaramus, ubi Dilectione Vestrarum, ejusdem Successores & Ecclesiam, præter spem & opinionem, à quocunque demum, & speciatim à Catholicis aut Acatholico vicino, vel extero, circa suprà dictum jus Ecclesiasticum, aut alia Sua jura & jurisdictiones infestari, aut turbari contingere, Nos Eisdem omnem propinquam afflictionem, auxilium & manuementum (prout eo casu à Dilectione Vestrarum requisiti fuerimus, & reliqua circumstantiae tulerint) nunquam negatueros. Permanemus &c. Datum in Thermis Serpentinis, die 8. Julii 1700.

XXV.

Extractus Epistolæ Eminentissimi Electoris Moguntini ad Eminentissimum D. Cardinalem, Alexandrum Albani, d. d. 6. Februarii 1753.

Dclarare cogor, & hisce declaro: nunquam in hunc usque diem mihi in mentem venisse, literulam ullam ad quemcumque Statum Imperii A. C. quisquis ille demum sit, vel ad Principem Hasso-Cassellanum in hocce negotio dirigere, aut jam direxisse. Quapropter E. V. rogo, in omnibus locis, imò, si fieri potest, Sanctitati Sue meo nomine devotissime declarare: quod assertum à Legato Herbipolensi Ratisbonæ in publicis Imperii Comitiis sparsum falsissimum sit &c.

COPIA Literarum moderni Reverendissimi Principis Fuldenis ad Eminentissimum Principem Electorem Moguntinum, de dato Fuldae, 8. Januarii 1753.

Parata Nostra obsequia &c. Placuit Sua Sanctitati, Ecclesiam Principalem nostram administrationi conceditatem cum assensu Sacrae Cesareae Majestatis motu proprio erigere in Episcopatum Regularium, Noscue in Consistorio 27. Mensis Novembris proxime elapsi primum declarare Fulensem Episcopum. Quemadmodum ergo ejusmodi factum est opus divinae providentiae Nos veneramus, ita in ante Nobis persuaderemus, notificationem hanc à Dilectione Vestra Electorali benignè & amicè suscipiendo; & cum absole eo Dilectio Vestra Electoralis frequenter jucunda Nobis indica prebuerit, quibus ad gratitudinem summopere obligatos, & de summe astimanda Sua erga Nos benevolentia convictos Nos esse feliciter gaudemus, ita & confidenter speramus, futurum, ut Dilectio Vestra Electoralis dignetur, Nobis & Ecclesie Nostræ Cathedrali ejusmodi honoris & dignitatis incrementum non invidere, dum interim Dilectionem Vestram Electoralalem potentissima divina protectioni, Nos autem benignissimæ in futurum propensioni humiliter commendamus, & ad omnia utrueque possibilia officia paratussumi cum vera & perfectissima veneratione permanemus. Fulda, 8. Januarii 1753.

Dei gratia Amandus, Episcopus & Abbas Fuldensis, S. R. I. Princeps, Diva Augusta Archi-Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primas.

Dilectionis Vestrae Electoralis

Officissimus

AMANDUS.

Postscriptum praecedentibus Literis adjunctum, sub dato 15. Januarii 1753.

Etiam Eminentissime Elektor, in primis colende Domine!

Mox ab obsequiosarum literarum Notificatoriarum conclusione insperato edocemur, quatenus Dilectionem Vestram Electoralam facta à Sanctitate Sua dispositio & declaratio sollicitam reddat, idque Sanctissimo jamdum proponere consultum judicaverit. Quandoquidem autem actiones Nostræ etenim moderari semper allaboravimus, ne Dilectioni Vestra passus Nostræ vel in minimo ingratii accident; & majori fiduciâ omne illud, quod ulla modo offendere posset, evitandi, unâ cum Sua Dilectione Episcopo & Principe Herbipolensi, super obtinenda nota Concordiae de Anno 1722. Pontifica confirmatione, humiliam istam petitionem jam tum temporis inter Dominos contrahentes approbatam processimus, quo minus Dilectionis Vestrae Electoralis gloriissimus Predecessor, Lotharius Franciscus, p. m. dicta Concordiae, & ejus confirmatione Pontificia contradixit. Quandoquidem autem genuinæ re circumstantiæ, & Summi Pontificis intentio Nobis etiamnum incognita sunt, & eapropter certam adhuc notitiam expectamus, cum bona Dilectioni Vestrae Electoralis, ut speramus, venia fieri, si è usque ulteriora referemus, duraturæ Nos propensioni obsequiosè commendantes, & perseverantes, ut in lit. Fuldae, 15. Jan. 1753.

AMANDUS mpp.




Ng 1110, 4°

ULB Halle
004 112 229

3



her Replicarum



an 15

SERIES
FACTI ET JURIS
CIRCA
ERECTIONEM
NOVI EPISCOPATUS FULDENSIS
ET
CONCESSIONEM
PALLII HERBIPOLENSIS
AC
LAESA
SEDIS METROPOLITICÆ MOGUNTINÆ
CELSISSIMORUM GERMANIÆ ARCHI-EPISCOPO-
RUM ET EPISCOPORUM
JURA.
SECUNDUM EXEMPLAR EXCUSUM

MOGUNTIAE,
EX TYPOGRAPHIA ELECTORALI AULICA ACADEMICA,
A. clo 15 cc LIII.

11. 59. (15)